
Opus
[illegible]




figures qui signiffient les annees

les mois

les semaines, iours, heures

Este



albus via

amissio hilt

res

pugulas pre

tes gentes

6. Ora

a. cum D

f ra

f mi

fucreuante

des endente

Autonne

fertilite

sterilit

figures de fidelite & bonheur

infidelite & malheu

chastete

impu

loyal amour

faux amour

probite

larcin

paix

guerre

noblesse

bassesse

guain & fortune

perte & info

27

maladie & mors

prodigalite

auarice

iustice prudance force temperance

iniustice imprudence foiblesse intemperie

alliance & mariage

diuorce

heureux voyage

malheureux voyage

grade honneur

degradation deshonneur

liberte

prison

heureux enfantement

perilleux enfantement

bonambarquement bon traffic

submersion domage au trafic

victoire

perte de bataille

serenite

pluye

OPVS GEOMANTIÆ COMPLETVM


IN LIBROS TRES DIVISVM,

QVORVM

I. Vniuersam Geomanticam Theoriam,
II. Praxim,
III. Varias à diuersis authorib. decerptas questiones cõtinet.

CVRIOSIS RECENS DEDICATVM

Ab H. DE PISIS Doct. Med. Lugd.





LVGDVNI,

Apud IOAN. ANT. HVGVETAN, in via Mercatoria, sub signo Sphæræ.

M DC. XXXVIII.



AD LECTOREM BENEVOLVM ΕΥΧΑΙΡΕΙΝ.



Æc, quæ noſtra tenuis effudit Muſa, clementer excipe, beneuole Lector: Et ſi quid prelo indignum hîc excidiſſe, aut conſultò deſcriptum fuiſſe videatur, veteris immemor prouerbij, δὴς γράμβη θάνατος, hæc licet recurrentia, nec propria, ſed aliorum e libris deprompta, ne contemnas. Nauſeam (fateor) fortaſſe mouebunt hæc multis, quæ ſi ex regurgitante in ventriculi fundũ bile exciter,ur, nihil me mouebit, cum nec nauſeæ ſolùm, immò & vomitus illos frequentiores infeſtent, qui vel exquiſitiores in ſtomachum cibos ἀθρόως & ſine ordine in-

gesserunt. Ridebo igitur importunos canum latratus, qui ne mordeant, cum mordere non possint, sese adesse proprijs clamoribus præmonent aduentantes. Importuna enim quamuis multis hæc videatur toties pridem decantatorum repetitio, cùm grata decies placeant repetita, mihi duntaxat & Musis, illísque qui huiusmodi exercitationi sese hactenus non dedére, aut initiatis tantùm, sublimémque hanc sciẽtiam Astrologiæ ministram, & vicariam, si non in totum, maiori tamen ex parte ignorantibus canenti, hinc nihil ex hac oberit reduplicatione. Cunctis autem placere cùm sciam neminem, amicis tantum, benignísque hæc offero lectoribus. Verba nuda, rudémque mirabere latinitatem, sed talis tamen ea est, qualem noster nobis lusus, & à melioribus & seriis occupationibus cessatio permittit. Sunt termini satis inculti, sed cùm

doctis,

doctis, in omníque ſcientiarum genere conſummatis hæc non offerantur, mihi ſaltem fuerit ſatis melioris expectanti temporis occurſum hæc leuia priùs emiſiſſe.

De Geomantica praxi quicquid hactenus mihi conſtitit lubens offero: Experimenta quædam ſponte & conſultò ſuppreſſi. Pauca hæc, nec mutila tamen, ſed ne prolixitate moleſta forent ſua, breuius in corpuſculum compegi. Integrum opus, quamuis breue: cum bonitas non in magnitudine, ſed in bonitate conſiſtat magnitudo, & pauca præſtet edidiſſe mediocria, quàm multa æterno conſecraſſe bona ſilentio, aut nihil prorſus, maláque multa, vel inutilia emiſiſſe: Zoilos proinde hîc expecto paucos, cùm leue opus, cunctíſque facilè peruium, doctorum & cum ratione reprehendentium animos, nullatenùs moretur, qui cum eâdem multa ſup-

primunt benignitate, quâ eadem in ſuis fortè voluminibus ſupprimenda (ſi vtique adeſſent) opinantur. Exi igitur, & prodi in medium libellule, & ſi quæ tuis continentur in extis, libens & lubens, quantulocumque ſcilicet grauidus partu profunde, quæ ſub felici & bono ſi producta videantur auſpicio, melioribus, venient mox, altioribúſque excipienda. Vale.

QVÆ SCRIPSIMVS, IN QVANTVM NATVRALIA APPROBAMVS: SI QVÆ HIC FORTE EXCIDERINT, QVÆ IN-CAVTIVS DIGESTA ROMANÆ DECRETIS ECCLESIÆ ADVERSENTVR, VT NON DICTA SINT, VTQVE NON SCRIPTA REVOCENTVR. CÆTERVM MITIVS LECTORIS CHRISTIANI EXPECTANS IVDICIVM, ILLIVS HÆC CENSVRÆ LVBENS COMMITTO.

Authoris ad librum suum

EPIGRAMMA.

I, *Liber, occultósque diu tandem exere vultus,*
Prodi, quàm dulce est viuere! carpe viam.
Nõnulli fortè exurgent, qui frangere cœptum
Cursum tentabunt, iniiciéntque moras.
Horum aliquis si te, patrémque lacessere verbis
Ausit, fac melius, dicito, victor eris.
Author me vacuo produxit tempore, tempus
Electum insumes, nec meliora fluent.

Ad Authorem in suã Geomãtiam

DISTICHON.

T*Alia si vacuo producas tempore, quidnam,*
Seria si insumas tempora, Chare, dabis?

T.D.I.C.

Idem ad eundem.

C*Vm leue te dicas præmittere, si leue dicas*
Hoc opus, ingenium quæ grauiora feret?

In



HORÆ PLANETARIÆ.

Horæ diei.	Horæ Diurnæ. 1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	Horæ Nocturnrnæ. 1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12
	M	F	M	F	M	F	M	F	M	F	M	F	M	F	M	F	M	F	M	F	M	F	M	F
Lunæ	Luna	Saturnus	Iupiter	Mars	Sol	Venus.	Mercur.	Luna	Saturnus	Iupiter	Mars	Sol	Venus	Mercuriꝰ	Luna	Saturnus	Iupiter	Mars.	Sol	Venus	Mercur.	Luna	Saturnus	Iupiter
Martis.	Mars	Sol	Venus	Mercuriꝰ	Luna	Saturnus	Iupiter	Mars	Sol	Venus	Mercur.	Luna	Saturnus	Iupiter	Mars	Sol	Venus	Mercur.	Luna	Saturnus	Iupiter	Mars	Sol	Venus
Mercurij.	Mercuriꝰ	Luna	Saturnus	Iupiter	Mars	Sol	Venus	Mercur.	Luna	Saturnus	Iupiter	Mars	Sol	Venus	Mercur.	Luna	Saturnus	Iupiter	Mars	Sol	Venus	Mercur.	Luna	Saturnus
Iouis.	Iupiter	Mars	Sol	Venus	Mercuriꝰ	Luna	Saturnus	Iupiter	Mars	Sol	Venus	Mercur.	Luna	Saturnus	Iupiter	Mars	Sol	Venus	Mercur.	Luna	Saturnus	Iupiter	Mars	Sol
Veneris.	Venus	Mercur.	Luna	Saturnus	Iupiter	Mars	Sol	Venus	Mercur.	Luna	Saturnus	Iupiter	Mars	Sol	Venus	Mercur.	Luna	Saturnus	Iupiter	Mars	Sol	Venus	Mercur.	Luna
Saturni.	Saturnus	Iupiter	Mars	Sol	Venus	Mercur.	Luna	Saturnus	Iupiter	Mars	Sol	Venus	Mercur,	Luna	Saturnus	Iupiter	Mars	Sol	Venus	Mercur.	Luna	Saturnus	Iupiter	Mars
Solis.	Sol	Venus	Mercur.	Luna	Saturnus	Iupiter	Mars	Sol	Venus	Mercur.	Luna	Saturnus	Iupiter	Mars	Sol	Venus	Mercur.	Luna	Saturnus	Iupiter	Mars	Sol	Venus	Mercuriꝰ

Punctum Meridici.

Punctum mediæ noctis.





IN LIBROS NOSTROS *GEOMANTICOS* PRÆFATIO.

HÆc diuinationis ſpecies Geomantia, (quæ terreſtris diuinatio, ſeu terræ diuinatio alijs dicitur) eſt vera mentis humanæ ſenſibus quodammodo externis, curíſque & aliis affectionibus ſolutæ & liberæ, interna & occulta ſcientia, cuius in intimis mentis humanæ receſſibus penitioribúſque ipſius adytis reſeruantur rationes, ſenſibus externis imperuiæ & impenetrabiles. *Geomãtia quid*

In hac mens ſoluta & libera, agens in imaginationem, & per hanc partes externas punctualibus lineis proiiciendis aptas mouens, animæ ſenſa quadam ratione, tacitè quidem & ſine ſenſu nobis communicat. Hac enim libertate & ſolutione, ſeu

Vide in actis Apost cap: 11. ve. 5.

excessu mentis à sensibus abstractę, Anima suarum nõ immemor virium, inter quas & Prophetia (quæ incognitorum aut futurorum prædictio, seu significatio quædam certa est) numeratur, has nobis diuersimodè aperit & explicat, quod facere non potest quamdiu internis implicatur affectionibus, aut curis negotiísque distrahitur.

1, Reg. cap 10. vers. 5.

Eam ob rem & Prophetæ quidam, omnésque ad Tripodem Delphicam oracula edituri Vates, quodam furore perculsi fanatico, mentísque ferociâ perciti quodammodo debacchabantur, pro stultis habiti, stultitiæq; eò maioris, quò ad veriora prædicenda liberiùs eorum mens, longiúsquè diuagabatur. Sic & stulti sæpiùs moribundi, infantésque futura, tum sibi, tum aliis impendentia & imminentia præuident, & prænunciant sine arte, aut alia præparatione: quod illis nempe anima minùs corpori vt ita dicam iungatur, seu per sensuum vincula minus cohæreat cũ obiectis internis & externis, quodque & minoribus ipsa distractionibus à tranquillo pacatóque suo statu deiiciatur: seipsa enim contenta, tunc in seipsa feliciùs conquiescens, aliena, alterioráque & distantiora speculatur: tum & etiam his pueris pura ipsa & sincera, peccatorúmque intacta labe existens, maiorem cum cœlestibus Intelligentiis, Angelísque familiaribus habeat commeatum, & è quorum quasi colloquio aut conferentia vera ediscit, eáque profert. Hęc mentis digressio

Mentis digressio.

seu

ſeu exceſſus patet, præter citatum locum, ex quibuſdam ſacræ Scripturæ Prophetis, qui ſalientes & variis geſticulationibus, vel ſpecie tenus indecentibus, corpus vltrò citróque mouentes, & ad certos numeros muſicos iactitantes, & plerumque nudi (Spiritu videlicet diuino abrepti, ſibíque quaſi erepti) commiſſa ſibi Dei arcana pandebant. 1. Reg. c. 19. verſ. 19. 20. 21. 22. 23. 24.

In Prophetis verò illis, qui accepta idolorum profundebant arcana, quæ major amentiæ nota, quàm Tripodiamotis omnibus veſtibus, clunibus denudatis inſidere, ventum Propheticum ex cauernis quibuſdam, antríſque vmbris ipſis vel denſiſſimis obſcurioribus, ſubterraneíſque, ſeu potius infernalibus ſpecubus expectare, imò & per partes ipſas poſticas toto proſtrato corpore excipere, epileptico quodam motu hinc inde commoueri, oculis toruis, capite nutãte, ore diſtorto & ſpumãte, verbíſq; interruptis, illã animę à corpore diſtractionẽ, ſeu mentis exceſſum profiteri?

In ſtultis interruptum illud mentis cum corpore commercium, per ſe patefit ſatis, vt & in moribundis & infantibus, de quibus dictum ſuprà eſt, dum & ipſi ſpecies etiam quaſdam oculis aſſequuntur, aliis vel lynceis prædictis oculis imperceptibiles (quod hallucinationi quidam tribuunt, imperfectæque organorum animæ diſpoſitioni) quod ea tamen plerumque è cauſa non contingit, vt dictum eſt ſuprà. Stulti.

Geo man

Quæ Geomantistæ necessaria? Geomanticis proinde non necessariam, tanquam è re stultitiam, amentiam, aut extremam illam ἄνοιαν nolim concludenre, sed simplicem saltem animæ à sensibus externis, internísque, si modo fieri ad illud possit, abductionem, & abstractionem.

Ad hanc ideò primùm scientiam accessuris, veteres Geomantistæ tranquillã & pacatã, nullísque criminum aut peccatorum sordibus inquinatam animam, & cũ Poëta:

Integrum vitæ, scelerísque purum,

mentem itidem quietam, nullísque internis externísque perturbationibus peruiam, nullis priuatis negotiis, curis, sollicitudinibus, litibus, inimicitiis distractam, omnibus penuriæ & indigentiæ molestiis liberam exoptabant: ne videlicet huic incumbentem scientiæ, vllus clamor, terror, comparandæ rei necessariæ sollicitudo, aut alia huiusmodi quælibet perturbatio ab opere incepto posset auertere.

De mẽtis integritate. Cùm autem omne donum veniat de cœlo, à Patre luminum, idcircò mentem puram & sinceram, hominémque Deo amicum huic scientiæ aptum solum iudicarunt: hæc enim scientia est animæ scientia, tantò aliis præstantior, quò nobilius est subiectum & finis.

Tempus eligendũ. Quod ad reliqua ad hanc artem, seu scientiæ huius praxim spectantia, eligunt nonnulli pro tempore Tempus nocturnum, vt Geber, obscurum, cæca caligine, densísque tenebris opacum, & hor-

rendum

rendum, quod videlicet tale tempus ad terræ temperamentum propiùs, ſiccitaté nempe frigidam, propter Solis viuifici illius caloris & radiantis abſentiam, accederet; Tum & quod noctem Saturni ſtabilis & firmi planetæ influentiis & benignitate foueri dicerent, quippe qui propiùs è planetis, ſua frigida nempe ſiccitate, terræ itidem temperamento reſponderet.

Ego verò cum aliis, tum veteribus, tum neotericis huius artis profeſſoribus, rationi fidens, ſerenos potiùs dies, pacatos, ventis nubibúſque carentes eligendos cẽſeo: ſpiritus enim animales ſubtiliores ſunt influentiæque cœleſtes (quæ hac in arte maximè ſpectantur) faciliùs & ſine impedimento fiunt, horáſque matutinas Solis ortum proximè aut antecedentes aut ſubſequentes, tum enim mens quietior exiſtit, vaporéſque è ventriculo, (facta cibi pridiani digeſtione) & cæteris aliis partibus inferioribus ad cerebrũ minores elati aſcendunt. Quamuis tamen hæc ars quouis tempore, qualibet hora, quouis etiam cœli ſtatu, aut poſitu poſſit vbique exerceri, ob id quippe inuenta, vt cum per temporis incõmoditatem, ephemeridum & aliarum rerum, ad figuræ aſtronomicæ ſeu Horoſcopij aſtronomici erectionem, defectum, temporíſque breuitaté, Aſtrologiæ non eſſet locus, illi ipſa ob facilitatem ſubſtitueretur.

Geomãtiæ vtilitas exercendi tẽpus, eiuſque ratio.

Locum prætereà ſecretum, ab omni maximè

maximè murmure & ſtrepitu ſemotum, immò & in quo operator diu & ſine diſtractione poſſit conſiſtere aliis præfero: vel minima enim mentis in hac operatione auerſio tanti eſt momenti, vt cum ea certi vix quid expectari, aut renunciari poſſe videatur.

Mens apta ad pũctuationem. Quod ad materiam ad hanc artem, tanquam ſubiectum externum, neceſſariam pertinet, ſolebant antiquiores punctuales lineas in ſabulo ſolo ſeminare, facie ad Solem obuerſa, idque baculo longo, ſolido, firmo & tereti, (quali in ſclopeticis inſtrumentis ad ictum aptandis, premendoque puluere pyrio, vti ſolemus) leui nempe illius ad terram contactu.

1. *Sabulum cum virga.*

2. *Aſſer cũ ſtylo.* Alij ligno ſeu aſſeri politiſſimo, acus ferreæ aut ſtyli acuminati mucrone, ſua puncta leuiter inſpergebant.

3 *Terra ſolida.* Alij in terram ſolam planam & compactam, ſuas lineas baculo ſuperiùs deſcripto inſcribebant.

4. *Pulueres ſicci.* Alij minuto puluere, aut ſabulo, farina, cineribus cribratis, aut ſubtili creta, tabulas latas inſpergebant, in quas ſtylo acuto ligneo, aut buxeo, aut eburneo aut oſſeo ſua puncta proiiciebant.

5. *Ardeſia.* Alij denique in lapides illos ſciſſiles ſubnigros (quibus ad inſcribendas cretâ rationes Germani, domóſque prædiuitum, acuminatáſque integendas turres multi paſſim vtuntur, Ardeſiam aut *Ardoiſe* Galli vocant) ſeminabant, ſtylo ex eiuſdem

dem lapidis portiuncula facto, aut ferro peracuto, quòd hæc omnia in ſiccitate cum terra conuenirent.

Cùm verò importunius eſſet in vrbibus amplis & populoſis operaturo, ſemotos eiuſmodi arenoſos & terreos locos quærere (inter eundum enim perfacilè elabi mente propoſita quæſtio poterat) cum eius propoſitionis hora ad hoc pernecesſaria, cúmque infidas etiam punctuationes, terreæ illæ, ſabuloſæ, cineritiæ, farinaceæ, & cretoſæ inſperſiones redderent, nec omnia itidem puncta proiecta lapis ille Ardeſinus reciperet, nec proinde repræſentaret, hincque multi ad magnum artis diſpendium naſcerentur errores, cúmque inter ſubiectam hanc materiam parum intereſſe fuiſſet iudicatum, in horum omnium locum ſapientes illi veteres chartam albisſimam nullíſque næuis aut punctulis conſpurcatam, atramentúmque nigerrimum, (aliis neglectis coloribus, qui exactè ita ex albedine non exurgunt) pennámque ad benè & aptè ſcribendum aptam ſuffecerunt, quòd videlicet omnibus penè ad manum eſſent, minori præparatione indigerent, omnia inſcripta facillimè recepta & proiecta puncta fideliter repræſentarent.

Hora propoſitionis quæſtionis neceſſaria in punctorum proiectione

6. *Atramentum.*

Et hæc de tota huius artis præparatione, antequam ad Theoriam accedatur, dicta ſufficiant.

DE



DE THEORIA GEOMANTICA

APHORISMI, SEV REGVLÆ, ante punctorum proiectionem maximè notandæ.

LIBER PRIMVS.

CAP. I.

Regula 1.



ST primò notandum propositam quæstionem cũ hora Planetaria propositionis ei⁹, chartę summitati in quam facienda est projectio esse inscribendam, vt animo faciliùs adhæreat.

Horæ Planetariæ seu inæquales.

Horæ autem Planetariæ inueniendę modum sic habe. Partire totum tempus quo Sol supra horisontem remanet, à crepusculo videlicet matutino, ad crepusculum serotinum in duodecim partes æquales: si verbi gratia per octo, nouem, vndecim, aut 14. horarum plus minus spatium in nostro perlustrando hemisphęrio insumat, tempus itidem nocturnũ ab vno etiam crepusculo ad aliud, à crepusculo videlicet serotino quod fit 30. minutis, plus minus, à tempore quo nostro sese eripuit horisonti, ad crepusculum sequentis diei matutinum, quod itidem est circa mediam horam antequam etiam Sol manifestus nobis appareat, quod est

est tempus quo nobis primùm refulget aurora, sólque ascendentis punctum tangit, in 12. partes æquales etiam est diuidendum: & diuidetur totum spatium diei solaris in 24. partes, inter se inæquales, nisi quũ vtrúmque æquinoctiorum punctum sol attingit, diei enim tunc cùm nox respondeat, vtriúsque in æquas partes diuisi in 12. sectio, 24. partes, seu 24. horas æquales dabunt, quæ alio quouis anni tempore, ratione supradicta sunt inæquales, magis tamen quum sol ad vtrúmque tropicũ magis fertur, adeóque in ipsis punctis tropicis: dies enim & noctes inæquales, in 12. quæque partes æquales diuisæ, inæquales vt supra 24 partes seu horas dabunt planetis distribuendas hoc modo. *

Diuiso diurno vt dictum est spatio, primum illud spatium seu horam à puncto ascendentis dabis planetæ cuius nomen obtinet ille dies; secundum spatium, seu secundam horam, planetæ sphærarum ordine ab illo proximè descendenti; tertiam, tertio: & sic consequenter, donec ad lunam veneris, tum enim ad Saturnum rursus planetarum altissimum ascendes, procedendo in tua distributione donec 24. numerum expleueris, vt patet in schemate sequenti, quod & sexum etiam horarum masculina an fœminina sit exhibet.


Sic & in singulas primas diei horas incidet denominatio planetæ diem totum ipsum denominanti, eo nempe ordine quo

ſe dies inuicem in hebdomada conſequuntur; ſic & die dominica ſeu die ſolis, ſol primam illius diei horam habebit, cum 8^{a}. 3^{a}. nocturna, & 10^{a}. nocturna; ſic de aliis ſuo ordine planetis iudica; quorum denominationem facilè ex nomine diei cuiuſlibet inuenies, vt ſchemate conſtat præcedenti. Hoc autem ſe ordine planetariæ ſequuntur

Ordo & ſeries planetarum.

1	2	3	4
♄	♃	♂	☉
Saturnus.	*Iupiter.*	*Mars.*	*Sol.*
5	6	7	
♀	☿	☽	
Venus.	*Mercurius.*	*Luna.*	

ſpheræ incipiendo iterum à ſaturno quod vt melius percipiatur, ex hoc ſchemate poterit faciliùs concipi.



Harum autem horarum aliæ ſunt maſculinæ, aliæ fœmininæ ſeſe inuicem ordine ſupra poſito ſubſequentes ad 24. *Horarum ſexus.*

Aliæ ſunt horarum diſtributiones quæ cùm ex motu ſolis proprio & ſemper æquali conſtent, æquales dicuntur, ſeu horologicæ, & ab Aſtronomis ab vno ad aliũ meridiem numerantur,& diſtribuuntur vt dicetur infra. *Horæ æquales ſeu horologicæ.*

Horæ autem hæ ſunt totum illud ſpatium quo ſupra noſtrum horizonta oriuntur & emergũt 15.partes,ſeu gradus Æquatoris,ſeu ſi mauis quo ſol 15.eius partes dimetitur:duabus enim horis ſol vnam pera- *Sol duabus horis domum percurrit.*

grat domum seu 30.circiter gradus Æquatoris.

Hæ quidem horæ solares,æquales dicuntur seu horologicæ, quòd per horologiorũ nostrorum motus exactæ satis nobis indicentur,motúque solis semper æquali indicentur,& æqualiter semper procedant.

Diuisio Æquatoris.

Diuiditur Æquator,vt & omnes sphæræ circuli in 360.gradus seu partes,quæ in 24. æqualiter diuisæ, reddunt 15.partes, quæ horæ vni nostræ respondent: sic Sol intra diem naturalem motu primi mobilis, totum orbem circulariter circundat, circulúsque quem suo perficit motu in 360. etiã secatur partes respondebunt Æquatoris.

Horarum varia dimensiones. Romanorum hora.

Has autem horas diuersè varij metiuntur. Primi enim Romani à prima vigilia incipientes, id est ab hora vnâ & semis ante solis ortum, eas in aliquot partes diuidebant partiebantúrque in singulas suas partes tres ex nostris horis assumentes,sic hora prima dicebatur ab illa prima vigilia ad horam nostram à solis ortu primam; tertia ab illo tempore ad horam nostram nonam, sexta ad horam nostram duodecimam, nona à meridiei puncto ad tertiam pomeridianam,quâ vesperas incipere dicebant horas, itidem ad primam noctis vigiliam quæ erat prima post solis occasum hora.

Italorum hora.

Has Itali ab ortu solis ad alium & sequentem ortum numerant, numerantes etiam consequenter ad numerum 24.

Galli

Galli à media nocte, quâ ſcilicet ſol in puncto noſtri nadaïr ſeu imo cœli eſt numerantes, ad punctum meridianum 12. numerant, eundémque numerum ab eo puncto meridiano ad mediam ſequentem noctem, 12. etiam æqualibus horis diſtribuunt ſuúmque diem naturalem efficiunt. Aſtronomi verò ab vno meridiano ad aliud ſequentis diei punctum ſeu contactum ſolis ad meridiem numerant, ad numerùm 24. pro 1ª. poſt mediam noctem numerantes decimam tertiam diei præcedentis, & ſic conſequenter ad meridiem ſequentem.

Cõmunes horarum denominationes & diſtributiones.

2 Quæſtio eſt ſemper vnica proferenda, ſimplex, & ſola, ad euitandam confuſionem.

2. Quæſtio ſit vna.

3 Omnes animi perturbationes omnéſque affectiones ſunt procul amandandæ, vt ſupra dictum, tum maximè, ſi eam ob rem proiectio inſtituitur. Exempli gratia ſi de furto agatur, aut aliâ re ſimili, odiũ & vindicta operanti omninò exuenda & deponenda, ménſque à fure auertenda, totáque ad operationem conuertenda: ſic & in ſimili qualibet aliâ quæſtione, mens enim turbata mendoſas exhibet figuras, fallacem itidem effectum prænunciantes.

3 Amouẽda omnia diſtrahentia.

4 Puncta nullo modo numeranda ſunt, tum enim fieret proiectio conſulta, quæ debet eſſe fortuita. Nullóque modo exurgentis ex punctorum proiectionibus figuræ qualitati incumbẽdum eſt inter ipſam proiectionem, tum enim, vel metus malæ figu-

4 Puncta non ſunt numeranda.

ræ, aut gaudium bonæ futuræ, maximè distrahit: tota igitur mens est quæstioni danda.

5 Nota. 5 Tantum atramenti prima vice accipiendum est, vt vniuersæ sexdecim linearum pũctuationi facillimè possit sufficere. Námque vel minima inter pũctorum proiectionem distractio superueniens, aut colloquutio simplex, irritam facit figuram, totam confestim & sine iudicio frangendam, denuóque incipiendam.

6 Vna figura sufficit. 6 Proiectæ figuræ vnius pro vna re iudicio standum nec alia secundò proiicienda est, vt tentes an aliqua subsit contrarietas. Tũ enim est mala tentatio reddens vtrúmque schema falsum & mendosum: Si tamen primum schema sit sine iudicio facto amissum, aut fractum, iudiciúmque ex illo sumptum omninò memoria fuerit elapsum, secunda (rarò tamen) fieri poterit proiectio, quæ prioris tamen vires non obtinebit.

7 Quæstio sit de incognitis. 7 Non est instituenda quæstio ad ferendum iudicium de re aliqua cognitâ, quod imprudentis est & amentis, scientiásque contemnentis.

Quæ irritum apud autores faciunt iudicium primò. 8 Si
o o
o o
o o
o o
(populus) in primam figuram cadat, frangenda est punctuatio tota, & alia denuò incipienda, vt etsi ibi sit
o o
o
o o
o o
rubeus.

beus, vel cauda draconis.

Ego tamen multoties iudicium certum excepi ex illis schematibus in quibus fuerat vel in prima, quæ videlicet naturam & complexionem quærentis designarunt, proindéque haud minimam lucem reliquis figuris dederunt.

9 Si populus in præcipuis schematis 9 *hic* 2.
locis, id est, in domo prima, quæ est quærentis, in domo quæsiti, in angulis videlicet in 10^a. 7^a. aut 4^a. aut in testibus 13_a. aut 14_a. & iudice, in 15. si maximè ibi aliquoties reperiatur vanum iudicium: nisi fiat quæstio de multitudine, aut impudicitia meretricis tum enim illam indicat.

Ego etiam laudo, nec in prima tantùm, sed & in pluribus etiam locis pro bonis illis quæ suprà quæstionibus, & pro itinere, si maximè ex illa fiant figuræ bonæ, vel saltem intentioni respondentes.

10 Iudex quinque aut septem punctis constans, errorem in figuris factum & corrigendum præcessisse indicat. 10 *de Iudice tertio.*

11 Quatuor primæ figuræ è punctis proximè factæ, similes & eædem interse, totam 11 *Quarto*

vanam

proiectionem indicant & incipiendam.

12 *Quintò.* 12 Quatuor filiæ quatuor matribus similes, quamuis inter se diuersæ, vanam etiam totam figuram indicant.

13 *Sextò.* 13 Quatuor anguli contrarij, iudicium totum destruunt.

14 *Septimò.* 14 Si in nullo angulorum sit figura domini horæ propositæ quæstionis, iudicium de schemate non est ferendum.

15 *de testibus bonis & 15.* 15 Figura 13ª. bona cum 14ª. quæ sunt duo testes, bonum rei exitum prædicant & maximè consentiente 15ª. id est iudice.

16 *De testibus natura mixta.* 16 Si 13ª. bona est & 14ª. mala malum prænuntiant rei exitum, maximè consentiente 15ª.

17 *De testibus malis & bono iudice.* 17 Vtróque teste, id est 13ª. & 14ª. malis, & iudice, id est, 15ª. bona, quæras iudicium à figura quartæ domus, quæ rei finem seu exitum semper declarat.

18 *De angulis fœlicibus.* 18 Quatuor anguli fœlices & fortunati totum schema fortunatum reddunt.

19 *De angulis infœlicibus.* 19 Quatuor anguli infortunati & infœlices, id est signis figurísque malis occupati, reliquum totum schema infortunant.

20 *De domo mala.* 20 Domus mala, id est, à malo signo occupata, figuram bonã in ipsa contentã inficit.

21 *Anguli præstant viribus aliis domibus.* 21 Domus angulares cum suis figuris, maiorum sunt virium quàm aliæ seu succedentes, aut cadentes, & maximè si fuerint fixæ, súntque 1ª. 4ª. 7ª. 10ª. quarum 1ª. aliis deinde 10ª. postea 7ª. & ab illa 4ª. viribus præstat, notántque tempus præsens.

22. *Suc-* 22 Domus succedentes augularibus viribus

bus succedunt, súntque illæ quæ ipsas proximè ordine sequuntur, vt 2ª. 5ª. 8ª. 11ª. harum 5ª. & 11ª. aliis præstant, quas sequitur 2ª. futurum tempus indicant. *cedentes cadentibus meliores.*

23 Domus cadentes minorum sunt omnibus aliis virium, si tamen non sint domus propositæ quæstionis, nona maiorum est virium, ab hac 3ª. præteriti temporis iudices. *23. Cadentes virium minimarũ sunt.*

24 Figuris fixis si tota penè constet figura, bona est: figuris enim mobilibus & communibus fixæ, tam quoad certitudinem effectus, tum ad bonitatem eius, vbique præferuntur. *24. Figura fixa fortunata.*

25 Figuræ autem fixæ sunt, quæ punctis in summitate paribus constant, infra autem imparibus, seu quæ maiori numero punctorum constant in medietate superiori, quã in medietate inferiori: súntque (oo / oo / o / o) fortuna maior, (oo / o / oo / o) acquisitio, (oo / oo / oo / o) tristitia, (o / oo / o / o) puella, (oo / oo / o / oo) albus, (oo / o / o / o) caput draconis, quæ instar pali videntur infixæ. *25. Figuræ fixæ quæ?*

26 Figuræ fixæ, firmæ & stabiles dicuntur, quòd rem faciant firmam & stabilem, exitúmque per se certum seu in bono seu in malo sint signo, in bona vel mala domo, boni vel mali planetæ aspectu. *26. Effectus figurarum fixarum.*

27. Figura fixa bona.

27 Figuræ omnes fixæ bonæ ſunt excepta
o o
o o
o o
o
triſtitia.

28. Figuræ mobiles quæ?

28 Figuræ mobiles ſunt quæ fixis opponuntur, id eſt quæ maiorem numerum punctorum in parte inferiori habent minorem verò in ſuperiore, quæ mobiles proinde videntur
o
o o
o o
o o
lætitia,
o
o
o o
o o
fortuna minor,
o
o o
o
o o
amiſſio,
o o
o
o o
o o
rubeus,
o
o
o o
o
puer,
o
o
o
o o
cauda draconis.

29 Figuræ omnes mobiles malæ.

29 Figuræ omnes mobiles malæ ſunt excepta
o
o o
o o
o o
lætitia.

30 Figuræ communes ſeu bicorporeæ quæ?

30 Figuræ communes ſeu bicorporeæ ſunt quæ nec mobiles ſunt nec fixæ, mobiles tamen ſunt in domibus & ſignis mobilibus, fixæ in fixis, ſúntque mediæ ideò naturæ inter fixas & mobiles, & ſunt numero quatuor,
o
o
o
o
via,
o o
o o
o o
o o
populus,
o
o o
o o
o
carcer
o o
o
o
o o
coniunctio, ſúntque nauis inſtar aut cancrorum aut currus quatuor rotarum, qui in vtram velis procedere partem, aut recedere poſſunt, ſunt hæ natura mediæ inter fixas & mobiles, excepto
o
o o
o o
o
qui malus eſt.

31. Signa mobilia quæ?

31 Signa porrò mobilia sunt ♈ Aries; ♋ Cancer, ♎ Libra, ♑ Capricornus, quorum denominationis ratio, est mutatio temporis quotannis manifesta, dum Sol horum aliquod signorum ingreditur, sicque quatuor anni tempestates incipit *Ver*, videlicet quum ingreditur punctum æquinoctiale vernum, quod est primus gradus ♈ Arietis.

Quatuor anni tempora.

Aestatem, Cum Sol æstiui solstitialis punctum primum ingreditur, idest primum gradum ♋ Cancri.

Autumnum, cùm punctum solstitij autumnalis Sol ingreditur primum nempe gradum ♎ *Libræ*.

Hyemem, cum solstitium ingreditur hybernum, primum videlicet gradum ♑ *Capricorni* diametraliter alteri puncto Solstitiali oppositum.

Cur vocantur mobilia.

Vocantur autem mobilia, quòd fiat trãsitus ab vna aëris dispositione in aliam, sic à frigiditate sicca hyemali, in caliditatem & humiditatem vernalem, incipiente vere vt dictum est seu sole ingrediente primum ♈ punctum. Sic de aliis aliarum tempestatum mutationibus statuendum est, vt dictum est, vt patet ex infra posito schemate.

Signa tropica seu solstitialia quæ.

Horum ã quatuor signorũ duo vocantur tropica seu cõuersiua seu solstitialia, quorũ nempe ingressu sol eosdem describens circulos à polis quibus proximus est & à nobis remotissimus recedit ad partem oppositã; horum vnũ est ad polum borealẽ nem-

pe ♋

pe ♋ in cuius 1°. gradu ☼ existens, polo boreali quàm potest proximus est, & inde ad partem oppositam recedit nempe ad aliud signum tropicum nempe ♑, in quo existens à nostro polo quàm longissimè potest, abest. Hinc illa noctium dierúmque inæqualitas: cùm enim ☼ nobis vicinior est, maioresque proinde suprà nostrum horizonta circulos motu suo diurno describit, totúmque mundum intra 24. horas cursu suo necessariò circundare debeat, sequitur vt dies ipsius præsentia sunt nobis longiores, sic & noctes breui ipsius absentia breuiores multò esse, & contrà in hiemali solstitio, cùm sol videlicet breuiori tempore nostrum horizonta perlustrat.

Vnde dicatur solstitia.

Solstitia dicuntur quòd sol quadam ratione ipsis insistat antequam viam in partem oppositam reflectat hæc verò æstatem vt dictum est hyemémque incipiunt.

Alia duo vocantur æquinoctialia, quòd nempe lineam seu circulum æquinoctialem in duobus punctis è diametro oppositis attingant in primo nempe suo puncto súntque ♈ ♎ quorum ille Ver, hæc autumnum (dùm solem admittunt) inchoant.

Dicuntur æquinoctialia ἰσημερινὰ ϗ νυκτημερινὰ, græcis quod sol in illis existens dies noctésque æquales per totum mundum faciat. Distat hæc linea æquinoctialis æqualiter ab vtróque tropico in medio posita, quã qui pro horizonte habent, illi, & vtrósque polos alterum pro vertice seu zenith, alium pro

Figura Spheræ refertur ad pag. 13.





Figura ascensus & descensus Solis refertur ad pag. 15.





pro imo cœli,ſed nadaïr habent & æquinoctia toto anno, ſed de his fuſiùs quum è re nata de aſtrologia tractabimus. Hęc videbis clariùs in ſchematibus ſequentibus. *

Signa fixa quæ.

Alia quatuor ſigna his proximè & ordine ſubſequentia vocantur fixa, quod videlicet receptam à ſole ab aliis ſignis exeunte temperiem ſeruent & ſine mutatione euidentiori cuſtodiant ſúntque ♉, ♌, ♏, ♒, inceptam enim in ſuperioribus ſignis aëris tempeſtatem, hæc ſol pererrans ſigna, continuat, éſtque vera tunc quartæ illius temperatura. Sunt autem ſigna fixa ♉ *Taurus*, quo Veris tempeſtas, ♌ *Leo*, quo æſtatis temperies, ♏ *Scorpius*, quo autumnalis temperatùra, ♒ *Aquarius*, qua itidem hyemalis magis eluceſcit.

Signa communia.

33 Communia ſunt quatuor reliqua, nempe ♊ *Gemini* ♍ *Virgo* ♐ *Sagittarius* & ♓ *Piſces*, ideo dicta communia quòd ſol in illis exiſtens à tempeſtate præcedenti, verbi gratia à ♓, ad ♈ tempus efficiat de frigido humido brumali & humido calido vernali particeps, de vtraque nempe vtriúſque tempeſtatis temperatura participàns, per vnam duntaxat qualitatem ſic in ♊ humidum Vernum & Calidum, cum calido ſicco æſtiuo aliqualiter concurrit, quod ſiccum ſequentibus deinceps ſignis confirmatur, donec domito calore ſiccitas æſtatis cum ſiccitate frigida autumnali in ♍ concurrant: quæ frigiditas autumnalis (ſiccitate domita) cum frigiditate humida hyemali

tandem

tandem in 3. transeat, & hæc de natura signorum, & distributione quatuor anni tempestatum obiter dicta sufficiant, de his fusiùs olim Deo iuuante dicturis.

34 Figura fixa quando mobilis.


34 Figura fixa multoties in schemate ad alias domos transiens, id est iterum in alias domos incidens, seu mutata in malis maximè domibus, pro mobili habetur, viriúmque suarum nonnihil amittit nisi duplicetur in domibus conuenientibus, vt videlicet faciat coniunctionem, aut transeat in domum quæstionis, vel in decimamtertiam aut decimamquintam tum enim fit validior.

35 Figura mobilis quando fixa.

35 Figura mobilis aut bicorporea seu communis in cardine vno solo inuenta, aut in signo fixo, nullámque aliam in domum transiens, vim habet magnam, & figuræ fixæ naturam sortitur, effectúmque suum for-
36 tiùs promittit.
36 Figura bicorporea transiens in varia
37 loca pro mobili semper est habenda.
37 Figuræ igitur in signis naturæ suæ contrariis inuentæ v.g. fixæ in signo mobili mobiles in fixo, peiores reddũtur in iudicio, melioresque sunt in signo suæ cuiúsque
38 naturæ conuenienti & proprio.
38 Per-quamlibet domum promittetur bonum aut malum, proficuum autdamnum pro natura figurarum quibus coniungitur figuracuiusque domus, vt dicetur infrà, cùm de coniunctionis iudicio dicetur posthac
39 fusiùs.

39 Planeta, seu figura planetæ in sua domo, id est, in domo suæ naturæ, complexionis aut exaltationis inuentus, tantò erit fortior.

40 Domus oppositæ toruo & inimico intuitu sibi oppositas intuentur, & proinde se inuicem vel lædũt vel adiuuant secundùm naturam quæstionis signi & planetæ ibi inuentorum; sic prima opponitur septimę, &c. vt patet ex hoc schemate.



41. 41 Domus sexta & duodecima maximo sese odio prosequuntur, vtræque malæ & cadentes.

42. 42 Quarta figura seu figura quæ in quartâ est domo pro quæstionis exitu est semper habenda, nec in quæstionibus solis ad quartam domum pertinentibus, sed & in quibusuis aliis, ex ipsa enim cum iudice & 13ª. figura, & figura domus quæstionis est iudicandum.

43. 43 subiudex id est figura 16ª. ex 1ª. & 15ª. figura conflata, maximè est considerandus, tota enim vis & significatio iudicij ex ea emergit.

44. 44 Figura bona ex bonâ & malâ figurâ prognata, bona est, réique finem cum tempore & labore expectandum ostendit.

45. 45 Duæ figuræ bonæ, vnam malam producentes, suam tantisper vim & bonitatem retardant, non amittunt: vt & duæ malæ vnâ bona sunt fortiores.

46. 46 Figuræ duæ solares id est ad solem

o o   o
o o   o
pertinentes, o   o o *fortuna* illa *maior*, *mi-*
o   o o

nor hæc vocatur apud Geomantistas, non autem ♃ & ♀ vt apud astronomos.

o o   o
o o   o o
47. 47 Sic & Saturninæ duæ o o   o o *Tristi-*
o   o

tia & *Carcer*, infortunia vocãtur maius hic illa minus nõ vt apud Astronomos ♄ & ♃

48. 48 Figuræ iudicium fit primò ex ipsâ figuræ

gurę naturâ, eàque vel Elementari, quę est ignea, terrea, aquea, aërea; 2. Naturali seu Essentiali quę est mobilis, fixa, corporea. seu communis: 3. Accidentali, quę est bona vel mala, in tali vel tali domo, bona in hoc vel illo posita, idque ratione aspectuum vel signorum in domos contingentium; 4. aut Planetaria, qua videlicet pertinet ad bonum vel malum planetam, directum aut retrogradum, seu velocem aut tardum, 5. aut quatenùs cum dicto domino horę conuenit, 6. aut ratione signi, in quo reperitur ipsa, 7. aut domo, quà videlicet planeta quem figura refert est in sua domo, siue signo, vel alienâ aut oppositâ, in sua exaltatione, depressione, triplicitate, aut qua figura transit in bona, vel mala loca, secundùm quę varios potest bonos vel malos prędicere effectus.

Quot modis figura consideratur. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.

Triplicitates hîc geomanticas & astronomicas sponte omittimus.

(*Velocis cursu.* (48 Denique vires figurarum accidentales ex hoc schemate accipies. o o *fortuna maior* in 5.6.9. & 11. o o optima est, alibi vbique bona. o

tardi. o In 8. semper mala, in aliis semper bona, maximè in 2. o o o o o

Figura

Figuræ Lunæ

(auctæ lumine velocis cursus (plenæ aut diminutæ lumine seu tardæ motu.

Via in 2. bona, alibi vbîque mala

Populus semper mala nisi in quæstionibns itineris, tũ enim in 9. incidens, aut 3. bona est, *Catan* dat ipsi bonitatem cum bonis & malitiam cum malis, innuítque ipsam bonam in 19. malam semper in 8.

Fig. ♄

(Dir. ... Retrog.

De hac vide aphorismos supra 8. & 9.

Carcer in 2. bona albi mala; maximè in 6. 7. 8. 12.

Tristitia in 8. & 12. bona, alibi mala; in 1. & 2. mediocris.

Fig. ♃

(Dir. ... Retrog.

Acquisitio in 7. semper mala, alibi semper bona, & maximè in 1. 2. & 6.

Lætitia in 6. 8. 12. mala, in aliis bona; maximè in 5.

fig. ♂

(Dir. ... Retrog.

Rubeus in 4. & 7. semper bona, alibi mala; si de lite aut bello sit quæstio, bona est in 1. & 2. quæ spem rei significant.

Puer in 2. & 6. mediocris alibi mala.

Puel.

fig. ♀ — Dir.

Puella in 5. & 3. optima, alibi bona.

fig. ♀ — Retrog.

Amissio in 8. bona, in aliis mala; in 2. pessima, pro substãtia, eius enim amissionem indicant.

fig. ☿ — Dir.

Albus mala in 10.

fig. ☿ — Retrog.

Coniunctio mala cum malis, bona cum bonis; in 7. 9. 10. mala, in 8. mortem significat, in 12. Carcerem.

fig. — ♃. & ♀. Dir.

Cap. drac. cum malis mala, cum bonis bona; in 7. & in 12.

fig. — ♂. & ♃ Retrog.

Cauda drac. cum malis bona, cum bonis mala; bona in 4. 6, 9. 12. mala in 2.

Huc refert annotata * *

Has figuras ex saniore sapientiorum Geomanticorum parte, suis Planetis adscripsimus, quamuis nonnulli apparenti quodam phantasiæ motu aliter sentiant. Inter quos alij *puerum* pro *puella* & vicissim accipiunt vt dictum alibi. Alii nescio quibus ratiocinationis & experientiæ fictæ regulis, planetis easdem figuras, sed sibi contrarias in compositione adscribunt, exemplo aliorum ducti, qui vtramque fortunam *minorem* *maiorem* soli tardo aut veloci motu tribuunt, sicque Saturno directo *carcerem* figuram communem dant, eidem retrogrado *coniunctionem* tribuunt, figuram communem seu bicorpoream: Ioui directo *acquisitionem* fixam, retrogrado *amissionem* mobilem. Marti dir. *album* fixam, retrogrado *rubeum* mobilē, Veneri directæ *puerum* fixum, retrogradæ *puellam* mobilem, Mercurio directo

tristitiam figuram fixam, retrogrado *lætitiam* mobilem: Lunæ vtrásque alias communes seu bicorporeas *populum* nempe tardæ *viam* veloci.

Sed hæc vt nullis stabilita fundamentis, nullíque consentanea rationi, nec ab vllo probata authore, imò nec experientia, reliquis vt veris & probatis insistentes reiicimus, vt enim in arte hac confusionem, sic & in experimentis nec incertitudinem tantùm, sed & in regulis & axiomatis ab omnibus hactenus traditis falsitatem inducũt.

De punctuali lineatione proiicienda, & primò de Matrum creatione.

Capvt. II.

NOtatis & memoriæ mandatis superioribus animóque & mente, vt supra dictum est paratis, tempore loco materiáque ad proiectionem apta electis & dispositis, secede in locum à rumore semotum, ibíque in summitate cartę descriptâ quęstione proposita, manúque læua plana cartæ imposita, nec hinc ante finitam linearum sexdecim punctuationem amouenda, tantum atra- *Preparationes ante operationem.*


menti accipe vnâ vice, vt omnibus tuis lineis ſexdecim proiiciendis ſufficiat, tum incipe à dextra ad læuam tuam proiectionem, tuáſque lineas in formam digitorum extremitatum cartæ expanſorum 15. ad minus puncta continentes (ſine vlla tamen numeratione vt annotaui ſuprà) compone, cum paucula tamen diſtantia inter quaternas quáſque lineas, vt ſequitur.

Huc refertur figura manus ſiniſtræ.

Proiectis hâc forma duodecim aliis lineis quot volueris puncta ſine numeratione continentibus, incipe combinationem ſeu punctorum inter ſe coiunctionem, ab eadem parte, vnde incepiſti videlicet à parte dextrâ coniungendo duo puncta ſimul & ſic continuando, donec omnia ſimul cõiunxeris puncta, exceptis duobus vltimis ſi par numerus reſultet, aut vnico & extremo, ſi vnicus duntaxat reſultare videatur collectis quantum fieri poterit punctis binis ſimul. vt ex reſultantibus ex qualibet lineâ punctis, poſt combinationem figuræ quatuor Geomanticæ, quatuor primæ ſeu quatuor *matres* nuncupatæ formentur. Matres ideò dictæ, quòd ex ipſis aliæ omnes eliciantur, quas quatuor Catanus malè quatuor confert elementi s, 1. nempe Igni, 2. Aëri, 3. Aquæ, Terræ quartam adſcribens, ſæpè enim ſunt alterius naturæ figuræ, & elementis quælibet ſchematis quartæ videantur potiùs dandæ; vernalem nempe ſeu orientalem Aëri, Meridionalem ſeu Æſtiuam Igni,

Matres vnde dictæ.

Igni, Occidentalem seu Autumnalem Terræ, Hyemalem verò seu septentrionalem Aquę tribuendo, vt dicetur infrà hoc modo.



Debent autem sexdecim illæ punctuales lineæ, esse continuæ & sine intermissione, aut folij versione, propter rationes iam dictas.

Collectis autem residuis à combinatione punctis, supra hîc stellulis aut astericis no-

tatis, quatuor (vt dictum suprà est) formabis matres.


Hoc in loco improbanda mihi venit eorum methodus, qui compendij gratia (vt scilicet punctuationis importunitatem declinent) tesseris duabus aut pluribus vnâ proiectis vtuntur, hac ratione numerum púctorum paritatem imparitatémque designantium colligentes, quatérque ad singularum quatuor matrum generationem easdem tesseras proiicientes verbi gratia si ex duabus proiectis tesseris exurgat 1. & ponant o impar ex 2. proiectione & exurget 7. impar, o impar. 3. proiectio det & exurgant 8. par numerus o o par. 4. denique & det 10. parem numerum o o sic vt mater prima sit

o
o
o o
o o

fortuna minor, sicque procedentes pro creatione quatuor matrum, de reliquo filias ex matribus, neptes ex vtrisque, &c. formantes vt docebimus infrà.

Minùs etenim sunt acceptandi illi qui rotulâ vnicâ, magnâ, dentatâ, & solida, exiguo


guo innixa acumini, vt scilicet volui & rotari facillimè possit, vtuntur, ad matrum quatuor productionem quam quidem rotulam hîc infra depictam variis numeris in singulis dentium interuallis mediis insignitam & notatam, rotando, in medióque cursu quatuor digitis sistendo, numerum interuallo illi cui pollex inseritur dum sistitur respondentem colligentes, à parte scribunt, vt resultantem extrahant paritatem aut imparitatem. Numerus enim se habet vice numerorum punctorum, & possunt inscribi tot numero quot erunt dentes in totâ rotulâ (quæ disci ferè instar octo ad minus digitos habet diametri cum pollicis crassitie) sícque voluitur illa quater vt singulæ formentur ex paritate aut imparitate matres vt diximus de tesseris, ecce schema,



B *Acumen ſtyli inferius in quo voluitur rotula.*

Vtrique enim Geomantiam ad ſortiarias illas nugas, diuinationéſque aniles (quale dodechedron variiſque ſimiles extant geſticulatores ludi) deducere videntur quod omnibus tum vererũ tũ neotericorum geomanticorum ſcriptis nédum rationi ipſi aduerſatur dicunt enim æque ab influentiis poſſe regi proiicientium teſſeras manum, aut rotulam ſupra ſcriptam voluentis & ſiſtentis quàm illius qui puncta proiicit, imò maiorem dicunt ineſſe certitudinem, quòd

Pars rotulæ ſuperior.



A Extremum ſuperioris apicis cacumen quo rotula voluitur.

quòd minor accedat inter punctuandum distractio. Quod tamé vt falsum reprobem, dico motu solo imaginationis cœlestibus influentiis impraegnatæ, & ab intelligentiis superioribus gubernatæ manum punctuantis gubernari, quò fit, vt certum ipsa numerum punctorum duntaxat proiiciat, illúmque quem nouit mens non alium describat, quo se ipsa mens nobis explicet nec vno superans nec vnum omittens, qui tamen influxus fieri non potest in corpus aliud ita abstractum, & sorte seu duce aliquâ incertitudine aut emissum aut rotatum, aut aliquâ mensæ inæqualitate, vel leui aliquo occursu, à sui motus aut rotationis perfectione impeditum, iam enim mera sors agit, mente nihil contribuente, sine quâ manus dirigi non potest, multò minùs motibus illis superioribus in nugas has influere non potentibus. Proinde vt ad veram nostram astrologicam geomantiam redeamus. Punctorum descriptionem seu figurarum delineationem, alij eas asteriscis describunt sic,*, vt suprà, alij numeris arithmeticis paritatem aut imparitatem designantibus, alij ciphra hac o nihil significante, vt hic suprà alij punctis ipsis sic.

4				3			
4	3	2	1	4	3	2	1
. .	. .	.	.	o o	o o	o	o
. .	. .	.	. .	o o	o o	o	o o
. .	.	. .	. .	o o	o	o o	o o
.	.	. .	.	o	o	o o	o

2				1			
2	2	1	1	* *	* *	*	*
2	2	1	2	* *	* *	*	* *
2	1	2	2	* *	*	* *	* *
1	1	2	1	*	*	* *	*

De filiarum productione.

CAPVT III.

REseruatis suprà collectis iam figuris quatuor ex punctorum lineationibus proximè creatis, ratione iam dictâ, ab illis iam quatuor aliæ sint 5ª. 6ª. 7ª. 8ª. quæ à quatuor primis immediatè efformatæ & productæ, & quasi à matribus procedentes, *filiarum*, sibi nomen vendicarunt, quæ hoc formantur progressu.

Diuide figuram quamlibet ex superioribus in quatuor partes, quarum superior caput, secunda venter, crura tertia, quarta pedes nominentur, iam vero ex omnium capitibus simul & suo ordine sumptis, id est, suo

Filiarum productio.

Figura 5.

Figura 6. ſuo numero incipiendo à prima ex illis produces primam filiam, ſeu quintam figuram, Venter poſtea cuiuſque eo ordine decerpendus, ex quo ſecunda filia, ſeu ſexta ſchematis.

Figura 7. Ex earum deinde eodem modo cruribus elicietur tertia filia, ſeu ſeptima figuta ſchematis.

Figura 8. Ex pedibus ſic orietur quarta filia ſeu ſchematis figura 9ª. ſic.

	4	3	2.	1	
Caput	o o	o o	o	o	*Caput*
Venter	o o	o o	o	o	*Venter*
Crura	o o	o	o o	o o	*Crura*
Pedes	o	o	o o	o	*Pedes*

Figura 5. Collectis omnibus ſeorſim capitibus inuenies in 1. o in 2. o in 3. o o in 4. o o quæ in otdinem figurę diſpoſita facient
o
o
o o
o
pro 5. figurâ.

Figura 6. Ex ventribus item ſic collectis exurget ex 1. o o, ex 2. o, ex 3. o o, ex 4. o o, quæ collecta & diſpoſita faciunt pro ſexta figurâ.
o o
o
o o
o o

Figura 7. Ex cruribus demum eâdem ratione ducetur o o, o o, o, o o, quæ collecta & diſpoſita 7. domui dabunt
o o
o o
o
o o

Denique ex pedibus producetur o, o o, o, o; quæ reddent o / o o / o / o pro 8. figura, quas sic dispones. *Figura 8.*

8	7	6	5	4	3	2	1
o	o o	o o	o	o o	o o	o	o
o o	o o	o	o	o o	o o	o	o o
o	o	o o	o o	o o	o	o o	o o
o	o o	o o	o o	o	o	o o	o
Filiæ				*Matres.*			

De reliquarum figurarum, id est Neptium Testium Iudicis & subiudicis generatione & productione.

CAPVT IV.

IVnctis sic in ordinem octo primis figuris, ex illis aliâ quadam viâ & ratione quatuor eliciendæ sunt aliæ figuræ *neptes* ideò nuncupatæ, quòd ex matribus filiabúsque simul procreentur, sic autem procedes ad illarum productionem. *Neptes vt generentur.*

Ex prima & secunda simul iunctis & in partes quatuor, vt supra diuisis videas an ex earum capitibus numerus exurgat impar aut par, quem capiti primæ neptis seu nonæ figurę dabis ex earum ventre eundem quęres numerum procedendo donec ex illis *Figura 9.*

dua

duabus fiat vna tertia vtriusque virium particips sic

	2	1		
Caput	o	o	*par*	o o
Venter	o	o o	*impar*	o
Crura	o o	o o	*par*	o o
Pedes	o o	o	*impar*	o

Et exurget o o / o / o o / o pro nona figura sub suis matribus disponenda vt videtur infrà.

Figura 10 Ex 3.& 4. figura, 2. iterum neptis ducetur, seu 10. figura ratione supra dicta, & ordine eodem, quæ vices etiam 3. & 4. obtinebit &c.

	4	3		
Caput	o o	o o	*par*	o o
Venter	o o	o o	*par*	o o
Crura	o o	o	*impar*	o
Pedes	o	o	*par*	o o

Emergit pro 10. figura o o / o o / o / o o disponenda vt infrà.

Figura 11 Tertia seu figura 11. elicitur ex duabus primis filiabus ex 5. videlicet & 6. figura vt suprà sic.

	6	5	
Caput	o o	o	*impar*
Venter	o	o	*par*
Crura	o o	o o	*par*
Pedes	o o	o o	*par*

o
o o
o o
o o

Et naſcetur o / o o / o o / o o pro 11.figura 5.& 6.vires habente & diſponenda vt dicetur infrà.

Denique pro 12.figura ſumantur numeri ex 7.& 8.ſic.

figura. 12.

	8	7	
Caput	o	o o	*impar*
Venter	o o	o o	*par*
Crura	o	o	*par*
Pedes	o	o o	*impar*

o
o o
o o
o

Quæ duodecim figuræ ita ex se disponentur ad procreationem aliarum.

8	7	6	5	4	3	2	1
o	o o	o o	o	o o	o o	o	o
o o	o o	o	o	o o	o o	o	o o
o	o	o o	o o	o o	o	o o	o o
o	o o	o o	o o	o	o	o	o

12	11	10	9
o	o	o o	o o
o o	o o	o o	o
o o	o o	o	o o
o	o o	o o	o o

Testes seu 13. & 14. figura, ex quatuor neptibus eodem processu quó suprà formantur ex 8. enim & 10. orietur 13. & ex 11. & 12. orietur secundus testis seu figura 14.

sic pro 13.ª

10	11		
o o	o o	par	o o
o o	o	impar	o
o	o o	impar	o
o o	o	impar	o

o o
o
o
o

pro 14.ª

12	11		
o	o	par	o o
o o	o o	par	o o
o o	o o	par	o o
o	o o	impar	o

o o
o o
o o
o

Iudex seu figura 15.

Ex quibus demũm fiet iudex, seu figura 15. Iudex ideò dictus quòd totum penes se quæstionis iudicium contineat, quòd nempe ex omnibus procedat schematis figuris queç omnes tandem in illum vnum resultant. Formabitur autẽ processu superiori ex duobus testibus seu ex 13. & 14. figura sic.

14	13		
o o	o o	par	o o
o o	o	impar	o
o o	o	impar	o
o	o	par	o o

I

Subindex seu figura 16.

Ex iudice verò & 1. formatur figura 16. quæ inseruit quum dubium ex iudice datur iudicium, tunc enim ipsa concludit aliquid. Atqui hæ omnes 16. figuræ scuto geomantico sic inscribuntur.

8	7	6	5		4	3	2	1
o	o o	o o	o		o o	o o	o	o
o o	o o	o	o		o o	o o	o	o o
o	o	o o	o o		o o	o	o o	o o
o	o o	o o	o o		o	o	o	o


12	11		10	9
o	o		o o	o o
o o	o o		o o	o
o o	o o		o	o o
o	o o		o o	o


14		13
o o		o o
o o		o
o o		o
o		o


15
o o
o
o
o o

16
o
o
o
o

Quia autem ab astrologia processit hæc scientia Geomanticj, vt quódque signum cœleste figuræ tribuerent, astrologorum instar schemata sua astrologica duodecim domibus constituta confecerunt harum cuíque domorum vnam dútaxat ex primis 12. figuris inserentes & reliquas in mediam aream quadratam inscribentes, schema autem tale est cum suis duodecim spatiis domus appellatis.







Nonnulli ex figura 1. & figura domus quæſtionis ſimul iunctis, alium iudicem quærunt, vtriuſque naturæ participem & ex illo cum iudice decimam ſeptimam eliciunt, ſic. Si verbi gratia de patre quæratur ex 1.& 4.educatur figura vna, ſi de coniuge aut furto,ex 1.& 7. ſi de morte, ex 1. & 8.&c. prout proponentur quæſtiones ad hanc vel illam domum (cuius debet accipi figura) pertinentes, vt dicetur infrà

ex primâ & ſeptimâ exempli gratia.

Ex 1. & 7. exempli gratia

7	1	
o o	o	impar
o o	o o	par
o	o o	impar
o o	o	impar

fiet

o
o o
o
o

ex qua cum 15

	15	
o	o o	impar
o o	o	impar
o	o	par
o	o o	impar

o
o
o o
o

Emerget (o / o / o o / o) puer pro figura decima-septima extra schema aliqua in parte notanda.

Hæc autem decima septima figura maximas habet vires si cum figura quæstionis conueniat.

Figura elementaris seu 18. Cùm autẽ quatuor elemẽtis quartæ partes schematis respõdeant (vt diximus) prima nempe secunda & tertia Veri, Orienti, seu Aëri, quarta, quinta, & sexta Hyemi, seu Septentrioni, & aquæ; septima, octaua & nona Autumno, seu Occidenti, & Terræ; decima, vndecima, duodecima, Meridiei, & Igni, seu Æstati, quumque inter has omnes partes, cardinales quatuor potiores obtinent vires

ratio

rationibus ex ipſa aſtronomia deſumptis; ideò ex his quatuor angularibus ex prima videlicet quarta, ſeptima & decima, figurã quandam quam dicunt elementarem eliciunt Geomantici hoc pacto.

Ex oppoſitis angularibus, prima videlicet & ſeptima conficiunt vnam figuram & ex quarta & decima conficiunt aliam, ex quibus demum quædam tertia vt iudex ex teſtibus elicitur, ex qua denique cum iudice ſumpta elicitur vltima quæ decima octaua, & elementaris dicitur proceſſu ſequenti:

10	4		7	1
o o	o o		o o	o
o o	o o		o o	o o
o	o o		o	o o
o o	o		o o	o

2. *Teſtis*	*Iudex 2.*	1 *Teſtis*
o o		o
o o		o o
o	o	o
o	o	o
	o o	
	o o	



index 2	index 1
o	o o
o	o
o o	o
o o	o o

Figura 18. *seu Elementaris.*

o
o o
o
o o

Hæc de figurarum formatione, earúmque in schema cœleste aut scutum Geomãticum inscriptione sufficiant. Iam verò ad naturam figuram propiùs est accedendum.

De figurarum nomine, natura, & proprietate.

CAPVT V.

CVm nomen figurarum suprà fusiùs declarauerim aphorismo nempe vltimo capitis primi, illud proinde hic repetere è re non erit, cùm etiam illud infrà tractandum fusiùs veniat. Sed cùm variis apud alios nominibus appellentur, nec minima hinc tyronibus accedat difficultas, & hæsitatio in explicatione authorum, illas proinde figuras hic non abs re, earúmque nomina repetemus.

Sunt autem figuræ numero sexdecim, quarum duæ cuique tribuuntur planetę, directo vna seu cursu velociori, tardo altera, seu retrogrado; duæ siquidem reliquæ capiti vná, caudæ altera draconis. De planetarum variorum naturâ, fortunarum illud infortuniorum hæc astronomicorum participent sic.

♄ habet:
- *Direct.* — ∘ / ∘ ∘ / ∘ ∘ / ∘ — *Carcer* ab omnibus ita nominatur.
- *Retrog.* — ∘ ∘ / ∘ ∘ / ∘ ∘ / ∘ — *Tristitia*, diminutũ alij vocãt.

♃ habet — Direct.: Aquisitio, comprehensum intus. — Retrog.: Lætitia, barbatus seu ridens canus dicitur.

♂ habet — Direct.: Rubeus, Igneus. — Retrog.: Puer, seu imberbis, flauus, aut iuuenis.

☋ habet — Velox: Fortuna maior, tutela intrãs. — Tardus: Fortuna minor, tutela exiens.

♀ habet — Direct.: Puella, mundus faciẽ — Retrog.: Amissio, comprehendens seu comprehensum extra.

☿ habet: *Direct.* — *Albus, Candidus.* ; *Retrog.* — *Coniunctio.*

☽ habet: *plena Direct.* — *Populus.* ; *Vacua.* — *Via.*

♃ ♀ *Direct.* habent — *Caput draconis, limen intrãs.* ; ♂ ♄ ♃ habent — *Cauda draconis, limen exiẽs.*

Hæc secundò posita figurarum nomina ideò hîc aliis ſupra iam poſitis addidimus, ne nouum quid videantur nouitiis; Gebri Geomantiam non habentibus.

Hactenus de nominibus figurarum, iam verò ad earum proprietates accedamus: de quibus curſim ſuprà cap.1.aphoriſmo 48. *Proprietates figurarum.*

Sunt earum proprietates aut eſſentiales, aut accidentales. Eſſentiales ſunt quæ vni & *Eſſentiales* ſemper

ſemper propriæ ſunt, ſúntque Elementares, planetariæ, cœleſtes, ſeu aſtrales, à ſignis quippe Zodiaci propriis defluentes.


Accidentaria. Accidentariæ ſunt, quatenus in domibus bonis aut malis, in domo quæſtionis fœlici & bono, ſeu infœlici, aut malo ſigno conſtitutæ, aſpectibus malis obiectæ, in loca fortunata, aut infortunata tranſeuntes, &c. de quibus ſuprà, & fuſiùs infrà ſuo loco agetur.

De fixis mobilibus, communibus, ſeu bicorporeis, iam ſuprà cap. 1. aphor. 24. &c.

Proprietates elemētares. Nunc ad proprietates elementares veniamus.


Elementis tribuuntur omnes figuræ ſuo nempe quæque elemento vt ſequenti ſchemate indicatur.

Figura ignea. Figuræ igneæ ſeu meridionales, calidæ, ſiccæ, maſculinæ, diurnæ.



Figuræ:

Figura Aerea. Aeriæ, Orientales, calidæ, humidæ, maſculinæ, diurnæ, ſanguineæ.



Figuræ.

Aquæ, Septentrionales, humidæ, fœmineæ, nocturnæ, *Figuræ Aqueæ.*

o	o o	o	o o
o o	o o	o	o o
o	o o	o	o
o	o o	o	o o

Figuræ.

Terreæ, occidentales, frigidæ, ſiccæ, fœmineæ, nocturnæ. *Figuræ Terreæ.*

o o	o o	o o	o
o	o o	o o	o o
o	o	o o	o o
o	o	o	o

Variis planetis item omnes adſcribuntur, vt ſuprà dictum eſt.

Signis etiam figuræ tribuuntur.

Signa autem Zodiaci ſunt 12.

♈ Aries; ♉ Taurus; ♊ Gemini; ♋ Cancer; ♌ Leo; ♍ Virgo; ♎ Libra; ♏ Scorpius; ♐ Sagittarius; ♑ Capricornus, ♒ Aquarius; ♓ Piſces. *Signa Zodiaci 12.*

Quæ antiquo hoc diſticho continentur.


Sunt Aries; Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo,
Libráque, Scorpius. Arcitenens, Caper, Amphora, piſces

Quæ ſigna, vt planetas ſeptem ſuo hoſpitio recipiunt apud Aſtronomos, ſic & has planetarias, fœliciùs ſibi magiſque conuenientes quàm alias recipiunt.

Planetæ 7. ſunt autem planetæ, vt oſtendimus numero ſeptem, ♄ Saturnus, ♃ Iupiter, ♂ Mars, ☉ Sol, ♀ Venus, ☿ Mercurius, ☽ Luna, quos vnico hoc verſiculo ſumus complexi.

Luna, Venus, Mars, Sol, Saturnus, Iupiter, Hermes.

Hócque itidem vnico caracthere noſtro.



Domus planetarũ in ſignis. Domus autem planetarum ſunt aliæ nocturnæ, diurnæ aliæ, vt patet ex ſequenti ſchemate, quo Solis nocturna & diurna domus eſt ♌, Lunæ itidem nocturna & diurna ♋;

♂ Nocturna ♐, Diurna ♈.

♄ Diurna ♒, Nocturna ♑,

♃ Diurna ♐, Nocturna ♓.


♀ Diurna ♎, Nocturna. ♉.

☿ Diurna ♊, Nocturna ♍, quorum hæc ratio ſola videtu.

Cùm Sol ſit planeta maſculinus, igneus,

& ma

& maximæ actiuitatis,& fortis, illi planetæ ſuæ naturæ Leonem nempe dederunt, vt Lunæ fœmininum ♋,his proxima ſigna ☿ ancipitis naturæ,ſolémque ſemper ſequenti,quem ♀ ordine ſequitur,quam ♂ in electione ſignorum ſequitur,quem ♃ ſequés, Saturno reliqua duo in vtráque à luminaribus vtrinque extremitate reliqua vt patet ex ſchemate.



Has autem domos his aliquot versibus coercuimus, iuuandæ memoriæ causâ.

♄ *Vrna die, vox nocte Caper Saturnia carpunt.*

♃ *Astra, Iouemque die Chyron, Piscesque sub vmbris.*

♂ *Te sub luce Aries retinet Mars, Scorpio noctu,*

♀ *Libra diurna domus Veneris, nocturnaque Taurus*


☿ *Mercuri geminis sub luce, & Virgine noctu,*

☽ *Gaudes, sub cancro stat nocte diéque Diana,*

☉ *Nocte diéque suum vult Phœbus habere Leonem.*

Exaltationes & depressiones planetarum.

In his etiam signis exaltantur & deprimuntur planetæ, & quùm in vno exaltantur, in signo illi opposito in eodem gradu deprimuntur, sphæræ enim rotunditas perpetuo motu circumgyrata, partem vnam suprà hemisphærium attollens, alteram ipsi oppositam semper necessariò deprimit; sic.



Quamuis hæ tamen eleuationes & occultationes non sint exaltationes & depressiones planetariæ.

Est enim Exaltatio planetæ in signo in quo plures habet dignitates, & in quo est quasi in regno, in gradúque suæ maioris perfectionis, sic Sol exaltatur 19. gradu ♈, eò quòd existens in illo gradu manifestum nobis suum manifestet aduentum, idque calore sensibili, quem in 19. ♎ gradu prio-

Exaltatio quid?

Notæ oppositiones ♄ & ☉

ri oppoſito declinantem, & quaſi lenteſcentem ſentimus, quúmque Saturnus frigus & ſiccitatem (maius infortunium apud Aſtronomos appellatus) introducat, qua nec ſe fortunio maiori calido humido Ioui, ſed & calori lucidiſſimo Solis opponit, ideo hanc tenebrarum frigoríſque fautricem ſeu caloris ſolaris extinctricem ♎ (libram) Solis ipſius depreſſionem Saturno pro exaltatione tribuerunt, vt eius cum Sole inimicitia notior foret. Reliquas exaltationum & depreſſionũ Aſtronomicas rationes in Aſtrologiam noſtram olim ſi Deus voluerit, benignúſque fauerit, in lucem edendam, reſeruamus.

Sat hic erit ſimpliciter ſequenti ſchemate exaltationes & depreſſiones planetarum in ſignis oſtendere, vt videamus earum vim, ſi figuræ Geomanticæ noſtræ planetas inſeramus cum ſignis aut Gerardi Cremonenſis praxim inferius poſitam ſequamur.

Schema autem tale est.

			sign.	grad.			sign.	grad.
	(☉)		(♈	19)		(☉	♎	19)
	☽		♉	3		☽	♏	3
	♄		♎	21		♄	♈	21
	♃		♋	15		♃	♑	15
Exaltatur.	(♂)	*In signo & gradu.*	(♑	28)	*Deprimitur.*	(♂	♋	28)
	♀		♓	27		♀	♍	27
	☿		♍	15		☿	♓	15
	☊		♊	3		☊	♐	3
	(☋)		(♐	3)		(☋	♊	3)

Has verò exaltationes & depreſſiones planetarum in ſignis ſic verſibus mandauimus:

EXALTATIONES.

Exaltationes. *Solem, Aries, Lunam, Taurus, Martem Capricornus*
Exaltant, Venerem, Piſces, Cancérque tonantem,
Falciferum, Chelæ, ac Atlantis Virgo Nepotem.
Te Gemini, Caput, & te Chyron, cauda Draconis.

DEPRESSIONES.

Depreſſiones. *Solem, Libra, Aries, Saturnum, Scorpio, Lunam*
Deprimit, & Martem, Cancer, Piſcéſque volantem,
Capra, Iouem, & Venerem, deturbat Virginis aſtrum,
Téque Sagitta, Caput premit, & te cauda Gemelli.

Ex his planetariis exaltatioibus & depreſſionibus planetariæ & occultæ inimicitiæ exurgunt, quas ſic carminibus coercuimus.

Inimicitia planetarum. *Sol ſic tardigrado, Veneri Mercurius obſtat,*

Mársque Joui, turbátque etiam Mars lumina Phœbes.

Præter exaltationem & depressionem, habent & gaudium quoddam peculiare & damnum seu detrimentum, non in domibus tantùm, vt dicetur infrà, sed & in signis. Cuius gaudij & detrimenti ratio & effectus, cùm ad altiorem pertineant Astrologiam, illùc ideò illam remittimus, illa duntaxat planetarum gaudia & detrimenta simpliciter hîc declarantes.

Sunt autem hæc gaudia, vnum ex signis, seu domibus planetæ alicuius, quod videlicet gratius ipsi & acceptius est planetæ in ipso gaudenti, sic.

☉, & ☽ in suis gaudent signis ♈, videlicet & ♋, & cæteri in aliis vt hoc schemate indicatur.

	♄		♒	*Detrimentũ verò patitur in signo suo gaudio diametraliter opposito sic.*	♄		♌
	♃		♐		♃		♊
	♂		♏		♂		♉
Gaudet sic.	☉	in	♌		☉	in	♒
	♀		♉	*Detrimentũ patitur.*	♀		♏
	☿		♍		☿		♓
	☽		♋		☽		♑

In signo enim illo in quibus detrimentum habent planetæ, sunt signa seu domus hostiles, in quibus totis suis exuuntur viribus, súntque vt peregrini extra patriam aut captiui sub ditione alienâ.

Hanc autem & gaudiorum planetarum & detrimentoram seriem, seu inimicæ oppositionis rationem, his carminibus clausimus.

GAVDIA PLANETARVM.

In Tauro Venus, & gelida Saturnus in Vrna
Gaudet, in Astræa inconstans, Centaurea lustrat
Stella Iouem, recipit gaudentem Scorpio Martem,
At Solem ipse suus Leo vult, Cancérque Dianam.

DETRIMENTA.


Deterit vndosa fœcundus Apollo sub Vrna,
Aegoceros tribuit tibi clara Lucinna labores.
♄ Soli & ☽ aduersatur ♒ ♑ domus *Te Saturne Leo, bigradus te Carcinus vrget,*
Sic Solis Lunæque tuis premis ignibus ignes.

Virgo Iouem Geminique premunt, Mercurius obstat,
Quem Pisces angunt bini volucrisque Sagitta
Quorum hæc luce Iouem capiunt, sub noctibus illi,
Te Mauors Taurus quadrupes, te libraque cogit,
Cui Venus opponitur, quam Taurus libraque tectis
Suscipiunt, Veneri tua sic Mars obiicis astra,
Nam tuus hanc Aries, & Scorpius horridus angunt.

♄ opponuntur ♌ & ♋ domibus luminarium Sic ☿ eadem ratione Ioui opponitur sic ♂ ♀

GAVDIA PLANETARVM in domibus Cœli.

Habent & in domibus quibusdam seu partibus schematis Cœlestis gaudia sua planetæ, vt sequitur.



Quod ex illis verſibus diſcitur.

Prima tuo domus eſt Atlas quæſita Nepoti,
Ternam Luna capit, Veneris ſunt gaudia quintæ
Optat Mars ſextam, Sol nonam, Iupiter ambit.
Vndenam, triſtique ſeni domus vltima grata eſt.

Sed ne diutiùs his immoremur,quæ purè aſtrologica ad noſtram ſunt Aſtrologiam remittenda : hæc dixiſſe huc vſque & ceciniſſe ſatis eſt. Iam verò vnde Geomanticus noſter defluxit ſtylus,reiectis ſuperfluis redeamus.



Schema A pro pagina 59.

Sic figuræ.

☉	Velocis cursu. / Tardi cursu.	habent.	♒ / ♉
☽	Plenæ. / Vacuæ.	habent.	♋ / ♌
♄	Directi. / Retrogradi.	habent.	♓ / ♒
♃	Directi. / Retrogradi.	habent.	♈ / ♉
♂	Directi. / Retrogradi.	habent.	♊ / ♎
♀	Directæ. / Retrogradæ.	habent.	♊ / ♎
☿	Directi / Retrogradi.	habent.	♋ / ♒
	☊ seu ♃ & ♀ dir.	habet.	♍
	☋ ♄ & ♂ Retrogr.	habet.	♐

Schema B. pro pagina 59.

Garard. Cremo. dat figuras.

☉	☊ signo ☉ diurno & nocturno.			
☽	signo ♋ lunari.			
♄	♑ / ♒	domui. ♄	nocturnæ. / diurnæ.	
♃	♓ / ♐	domui. ♃	nocturnæ. / diurnæ.	
♂	♏ / ♈	domui. ♂	nocturnæ. / diurnæ.	
♀	♉ / ♎	domui. ♀	nocturnæ. / diurnæ.	
☿	♍ / ♊	domui. ☿	nocturnæ. / diurnæ.	
♃ ♀	♑	domui. ♄	nocturnæ.	
♂ ♄	♏	domui. ♂	nocturnæ.	



Signis Zodiaci omnes sexdecim figuræ Geomanticæ, certis quidem certæ tribuuntur, quod vt ex variis collegi authoribus sio pro veritate delineaui.

Ac primò notandum apud Robertum Fludd (o / o o / o / o) puellam pro puero semper haberi, vt & apud Gebrum; & (o / o / o o / o) puerum, pro (o / o o / o / o) vicissim, qui error venit maximè notād᷒.

Secundò nos non sequi methodum Agripæ & Gerardi Cremonensis quæ omninò astrologica est, vt dicetur infrà.

Huc refert schema A

Agripa verò figuras planetarias, vt & Gerardus Cremonensis signis planetariis propriis adscribunt sic.

Huc refert schema B.

Hinc quatuor illæ triplicitates de quibus suprà, quadruplicitates in Geomanticis potiùs dicendæ.

Iam ad proprietates figurarum accidentales veniamus.


De Planetarum & signorum cum figuris schemati cælesti insertione.

CAPVT. VI.

VEniendum iam est ad distributionem tum figurarum tum signorum & planetarum illis prædominantium.

Erecto igitur vt suprà & delineato horoscopo, qualiscúmque figuræ seu ex tribus quadratis variè dispositis, seu ex circulo bifariam diuiso, seu etiam simplici constructo scuto, (quod minimè tamen valet hîc) distributísque vt suprà docuimus in 12 spatia figuris.

Quære ex præcedenti priori tabella cũ tuâ figurâ nomen planetæ quod prædominatur cuique figuræ, quod aut memoriâ seruabis aut in schema conscribes, deinde ex eâdem tabula nomen signi primæ figuræ prædominantis elice, quod primæ domui itidem inseres, dein sequuto ordine signorum quem in Zodiaco obseruant distribues suum cuique signum, vsque ad 12. eodem ordine quo sese sequuntur sic.



Sic apparet esse in ♓ sic in ♈ in ♉ &c. ad 12. vnde feretur iudicium ex natura planetæ ſeu figuræ planetam referentis in tali vel tali domo exiſtentis ſub tali vel tali figurá ſícque iudicabimus de motu ſeu tranſitu figurarum in varia loca vt videmus hîc è prima tranſire in 12. de quo tranſitu ſeu mutatione infrà dicemus.


Nec recipiendi ſunt illi qui cuilibet figuræ ſuum ipſum ſignum præfigunt plures enim

enim ♈ in cœlo eſſent configurationes plures ♊, ♉, &c. quod abſurdum eſt. Vnicum proinde ſignum eſſet in multis & variis cæli partibus vt patet ex infrà ſcripto ſchemate.

At dicet aliquis planetam etiam vnum variis in locis locari eandémque eſſe abſurditatem quid enim planetæ aut directi aut retrogradi ſeipſos aut directos inſequi aut præcedere aut retrogrados poſſint? vt hîc ⁘ ♄ directus in 1. inuentus item in 12. ⁘ ♄ verò retrogradus in 4.

Reſpondeo iſtam retrogradationem eſſe influxum planetæ debiliorem, qui effectum leuem in illa domo promittit, & eſſe ſignũ quo domum illam in quo eſt retrogradus planeta ille debiliter aſpicere dicitur, nihilque impedit quò minus in varia loca influere poſſit vno & eodem momento, ídque aut leuiter aut validè ſecundùm ſuas affectiones & diſpoſitiones quas ex Aſtrologiâ noſtrâ petet curioſus. Poteſt ſiquidem in hanc partem validè & totis viribus, in illam verò debiliter ſecundùm nempe ſuam influentiam domúſque recipientis diſpoſitionem & aptitudinem agere.

Quæ enim ratio admittendi in hoc ſchemate ♉, ter, in 2. videlicet, in 5. & 11. ecce ſchema.



Hîc enim videtur importuna ♉ repetitio: ♊ in 6. & 8. ♋ in 10. & 7. & 12. ex quo hæc sequuntur importuna.

Primò signorum quorundam, ex nimia aliorum suppressione repetitio: si enim tantum sint 12. signa & 12. domus quibus suũ cuique signum sit adscribendum, & vnum signum bis vel ter in schemate repetatur, sequitur alia necessariò omittenda; vt hîc ♈. ♍. ♎. ♒. ♑.

Quòd si quis in Astronomicis signorum quorundam repetitionem & proinde quorundam supressionem accuset, (quamuis ab ascensionibus obliquis illud proueniat,

cau

causásque ex Astrologia nostrâ petendas exigat) dicam tamen, nullum omitti signũ.

Quòd si quoddam fortè supprimatur. quum verbi gratia signum aliquod longæ ascensionis ascendere incipit in principio vnius domus, & porrigitur vsque ad domũ sequentem, cuius initio signi caracther dũtaxat inscribitur, etiamsi signi caracther alicuius supprimatur, locum tamen illius reseruari, in quo etiam si retineatur, planetæ in ipso inuenti sunt collocandi. Nec tamen fieri suppressiones duorum signorum integrorum vt videmus tria hîc consequenter omitti. ♈. videlicet, ♍. & ♎. &c.

Secundò sequetur totius òrdinis confusio. Cum ♒, hic verò ♊: Gemini, & Tauro. ♉. Itémque ♈ Arieti, & ♋ Cancro, aut præponetur, aut sine lege & ordine postponetur, vnde sequetur merum cahos puráque & syncera confusio.

Tertiò impedietur omnis motus, cùm suo omnia ritè ordine moueantur, quo impedito perturbato, aut immutato, penitus omnia corruant & pereant oportet.

Nec item recipiendus videtur Robertus Flud doctor Anglus nec in his nec in aliis infimæ notæ, qui in suæ Geomantiæ lib. 3. cap. 1. regula 4. ait *Domus semper retinet nomen suum, qualiscunque etiam figura in ea inueniatur, sic domus 1. semper dicitur ♈ Aries, siue figura in ea inuenta Arietis naturæ conueniens sit ratione elementi aut alicuius alterius qualitatis, siue non.*

Flud lib. 3. cap. 1. regula 4.

Et

Et ibid. cap. 4. regula 1. *Notandum est quòd figuræ significent diem & noctem, masculum & fœminam, mobilitatem & fixitatem, & communitatem, secundùm naturam signi cælestis de quo participat, sic ♈ Aries est masculinus, mobilis, diurnus, ♉ fœmininus, fixus, nocturnus,* & sic in cæteris secundùm Astrologos. *Idem ibidem cap. 4 reg. 1.*

Et alibi 1. 4. è 12. *domibus, nempe domus 1. 2. & 3. seu ♈, ♉, ♊, Ver significans, & cætera cætera. Vt in Astrologia.* *Idem lib. 2. cap. 2. reg. 5.*

Ad quid autem signis attribuuntur particulares figuræ quædam vt ♈ *Arieti* ⁘ Acquisitio, & cæteræ vt diximus suprà. Si illud signum figuræ attributum nullius sit momenti?

Quorsum etiam euadet cœlorum motus, si ascendens semper seu punctum horoscopi occupet ♈ *Aries*, quolibet anni tempore & qualibet diei horâ, & momento?

Immutabiles enim hæ constellationes, constantiam quandam cœli & immutabilem, à ratione alienissimam inferunt.

Duas porrò ab aliorum opinione & operationis modo & ratione dissentientiû duorum, hîc inserere opiniones non fuerit inutile, vt videât curiosi an in his veriùs quid, magísque rationi consentaneum aut probabilius sit, quàm in aliis vt veriorem hinc breuiorémque & vtiliorem sequi viam possint.

Prior est Cornel. Agripp. qui proiectis 16. *Agrippa operandi ratio.*

punctorum lineis iisque vt supra dictum est combinatis, 4. elicit figuras *matres* quas sic collocat. Primam videlicet in 1. 2. in 10. 3. in 7. 4. in 4; sic vt angulos 4. 4. hæ matres occupent.

Ex his deinde 4. *filias* suas producit, modo superiùs declarato ex partibus 4. matrũ, quas in succedentibus 4. constituit, 1. videlicet filiam in 2. domo; 2. in 11; 3. in 8. denique in 5.

Ex his demùm 4. alias triplicitatis ratione in cadentibus domibus locandas educit, videlicet ex 1. & 5. 9; ex 10. & 2. 6; ex 7. & 11. 3; denique ex 4. & 8. 12; admotis signis vt suprà dictum est, incipiendo à signo 1. figuræ, ipsi seu horoscopo præfigendo, inscriptis deinceps suo ordine aliis omnibus, vsque ad 12.


Modus sequitur & applicatio 4. figurarum ex 16. lineis punctorum conglobatarum vt suprà quæ sunt.


1 o ♃ Di.	2 o ✱ ℞.	3 o o ✸	4 o o ♄
o o ♓	o	o o Di.	o o ℞.
o o	o o	o	o o
o	o o	o	o

sic	5	8	11	2	4	7	10	1
	o	o o	o o	o	o o	o o	o	o
	o o	o o	o	o	o o	o o	o	o o
	o	o	o o	o o	o o	o	o o	o o
	o	o	o o	o o	o	o	o o	o


Hîc enim ex illis octo prædictis alias suas 4.producit hoc modo.


Ex figura 1.& 5. domus facit figuram 9. domus sic.






Ex 10. & 2. domus, figuræ sextæ etiam domus figuram sic elicit.







Deinde ex 7. & 11. domus figura, 3. domus sic producit figuram.





Denique ex 4. & 8. domorum figuris, facit 12. sic.






Quæ omnia compendij causâ delineauimus in superiori schemate.

Iudicem verò sic inuenit. Supputatis omnibus punctis 16. linearum punctualium, & reiectis ex numero ab iis prouenienfe, 12. quantùm fieri poterit, reliqua resultantia puncta, semina, & proiice in 12. domos, incipiendo à 1. domo per ordinem domorũ, & iudica secundùm naturam figuræ seu planetæ & signi in domo illa inuenti, in quam vltimus distributione inciderit punctus. Sic & testes, & iudicem communi ratione productum reiicit, in hisque ab aliis Geomanticis diffidet eius autem hîc verbi gratia iudex erit figura 4. domus ∘∘ ∘∘ ∘∘ ∘∘ ∘ vt patet in schemate.

Secunda, periucunda mihi, nec ita dissentiens à ratione videtur Gerardi Cremonensis illa methodus, quamuis suam ipse solus sequatur opinionem, quę magni laboris plena, certius quiddam innuere videtur. Iste enim vt suo schemati cœlesti nudo & vacuo signa planetásque inserat & inscribat sic procedit.


Gerardi Cremonẽsis praxis.

Præmissis præmittendis 4. linearum punctuationes solas proiicit, emergentémque ex illis figuram efformat, cuius signũ dominans 1, domui præfigit, & 2. domui signum ordine sequens vsque ad 12. hoc modo.




Si reperiat verbi graiia emergentem ex sua punctuatione hanc figuram illam in 1. domo collocabit, cum suo signo, aut signum solum, nullásque alias pro signis suis punctuationes instituit, sed ea omnia suo quo se sequuntur ordine inscribit sic.

Gerardi Cremonensis praxis.



Tum verò proiectis signis ad planetas descendit, pro quorum collocatione seorsim

orsim 4. efficit punctuales lineas, numeratísque omnibus punctis ablato quoties potest 12. collocat planetam cuius gratia proiectio facta est, in domo quam exurgens ex ablatione duodenarii numeri quantum potest, numerus, ex se designat, seu in quam distributione incipiendo ab ascendente incidit punctum vltimum; in 4. videlicet, si 4. in 6. si 6. puncta remaneant; incipiendo 1, à ☉, deinde veniens ad ☾, tum ad ♀ dein ad ☿, post ad ♄, hinc ad ♃, ab eo ad ♂, tandem ad ☊, denique ad ☋, progressu sequenti.



Sic remanent duo tantùm puncta ablatis qnantum potest (id est, hîc quinquies) 12. locabit proinde suum ☉. in secunda domo nempe in ♂, instituétque alias quatuor punctorum lineas, vt ex earum ratione Lunam collocet.

Tertiam proiectionem pro .
Quartam pro ☿.
Quintam pro ♄.
Sextam pro ♃.
Septimam pro ♂.
Octauam pro ☊ Draconis in cuius opposito. In figuram locat ☋ caudam.

Qui modus iucundus, laboriosus à nullóque alio Geomantiæ professore antehàc traditus, aut celebratus auditur, quem tibi ideò hîc proposui vt eius si diligas processum possis itidem & illum imitari.

Finis libri primi.





DE PRAXI GEOMANTIÆ.

LIBER SECVNDVS.

De Iudicio.

CAPVT I.

SVPRA dicto modo insertis in tuum schema cœleste figuris, signis, & planetis, ad iudicium iam veniendum est. Videbis igitur primum naturam figurarum, planetæ illarum, & signi domusque ipsarum, tum aspectus planetarum inter se.

Aspectus autem sunt 5. apud Astronomos, ☌ seu coniunctio, quæ est, quando planetæ duo sunt in vno signo, apud Geomanticos verò, quum duæ figuræ applicant, seu sunt collaterales, vt hîc in schemate

De aspectibus. Coniunctio quid apud Geomanticos.

te, o o o o o o & o o o o o o.

Bonorum inter ſe planetarum coniunctio bona eſt, malorum mala : éſtque omnium aſpectuum robuſtiſſima. De partili autem aut platico aſpectu hîc tractandum non eſſet, cùm alium hæc locum expoſtulent, non ipſa Geomanticis conueniant, ſed tantùm Aſtronomis, nihilominùs tamen hæc hîc exponentur :* ſeu ſextilis Aſtronomis eſt quum duobus ſignis integris ſeu 60. gradibus à ſe diſtāt planetæ, ſeu 6. circuli integri parte, vt ſi verbi gratia vnus ſit in ♈. alter in ♊, ſunt autem aſpectus, vel platici, quum videlicet in ſigno tantùm debito reperiuntur, vt ſi in toto ſigno ♈ vnus, alius in toto ſigno ♊, qui ſecundus ab Ariete nominatur. Si verbi gratia ☼ eſt in 8. ♈, ♀ in 12. aut 20. ♊.

De ſextili Aſtronomico.

Aſpectus platicus.

Alter eſt pactilis ſeu partilis, quando nec ſignis tantum quibuſdam à ſe inuicem diſtant, ſed eodem etiam numero graduum (quod intelligendum eſt de omnibus aſpectibus) vt quum videlicet ☼ eſt in 10. gradu ♋, & ♀ aut alius eſt in decimo gradu ♍, &c.

Aſpectus partilis.


Eſtque ſextilis aſpectus occultæ amicitiæ, vel mediocriter bonus, quia ſignis eiuſdem naturæ, nempe aut maſculinis conſtat aut fœmininis.

Signa maſculina & fœminina.

Signa autem maſculina & fœminina alternatim ſibi ſuccedunt hoc pacto.

Sig. masculi. diurna.	1 ♈	3 ♊	5 ♌	7 ♎	9 ♐	11 ♒
Sig. fœmin. nocturna.	2 ♉	4 ♋	6 ♍	8 ♏	10 ♑	12 ♓

Sextilis aſpectus Geomanticus, fit quum inter duas figuras vna media interiacet vt in ſchemate 1. & 3. inter quas eſt. *De ſextili Geomantico.*



Aſpectus quadratus, ſeu quartilis, eſt quum duo planetæ inter ſe diſtant 4. parte circuli, ſeu quum inter duos planetas interſunt tria ſigna ſeu 90. partes vel gradus, vt ſi planetæ ſit in ♋ verbi grat. & alius in ♎, eſtque vel partilis vel placticus vt ſuprà. *De aſpectu quadrato ſeu quartili.*

Eſt aſpectus occultæ inimicitiæ (quia ſignis natura & ſexu diuerſis conſtat) ſeu mediocriter malus, robore mediocris.

Geomanticus verò quartilis, eſt quum inter duas figuras duæ exactę interſunt domus vt hîc 1. & 4. interſunt 2. & 3. figura.

Trinus aut Trigonus, fit quum tertia duntaxat circuli parte à dextra aut ſiniſtrâ, ceu 120 partibus duo planetæ à ſe inuicem diſtant: vel quum inter duas planetas *Trinus aſpectus.*

tria

tria ſigna ſunt intermedia, éſtque partilis aut platicus.

Eſt aſpectus bonus ſimpliciter, ſeu perfectæ amicitiæ, quia conſtat ſignis eiuſdem ſexus & naturæ, & triplicitatis, vt ſi planeta ſit in ♈ alter in ♐.

Geomanticus verò, eſt quum inter duas figuras tres integræ interiacent figuræ, aut domus, vt hic in ſchemate 1. cum 5. aut 9. figura.

Oppoſitio. Oppoſitio verò manifeſtæ inimicitiæ aſpectus, eſt quum diametraliter ſibi planetæ opponuntur, per totum nempe circuli diametrum, éſtque partilis vel platicus; vt ſi vnus planeta ſit in ♈, alius in ♎, quũ videlicet ſex ſignis inuicem integris à ſe diſtant planetæ.


Eſt aſpectus omnium peſſimus eo quòd quæ opponuntur & maximè diſtant, maximè etiam ſibi inimicantur, vt dictum eſt ſuprà quum de planetarum exaltationibus & depreſſionibus ageremus, vbi vis oppoſitionis quæ validiſſima eſt poſt coniunctionem & præ aliis peſſima innotuit.

Geomanticus verò eſt quum figuræ duæ ſunt in domibus ſibi oppoſitis, vt in 1. & 7. &c. vt patet in ſchemate.

Hic ¶.

Poſteà ad domorum naturas earúmque particulares quæſtiones te conuertes eáſq; maximè & exactiſſimè examinabis, variis enim

Schema aspectuum refertur ad pag. 76. ¶.



enim quæstionibus variæ domus designantur, ex proprietate vt videbis infrà cap. 6.

Ad figuram igitur in domo quæstionis inuentam animum simul aduerte, quod si hę figurę in naturâ qualitate triplicitate &c. aut aliâ qualibet ratione inter se conueniāt, bonum est si maximè consentiat iudex, seu 15. & 16. seu subiudex. Sin verò nullatenus concordent ipsę, ad 4. veniendum, quę cum 13. & 14. & 15. est conferenda, vt secundùm earum naturam fiat iudicium.

Videbis posteâ an horum trium iudiciorum aliquod concurrat, *Occupatio*, videlicet *Coniunctio*, aut *Translatio*, quæ magni hîc sunt ponderis ac momenti.

Denique an figura vtraque (quæ nempe est in domo quærentis & in domo quæstionis) & inter illas, hæc maximè quæ nempe in domo quæstionis inuenitur, alicuius malæ figuræ aspectu, vicinitate, aut creatione lædatur, seu etiam & ipsa ex malis sit prognata.

Occupatio autem est quando figura prima, ceu figura quærentis eadem est cum figura quæ est in domo quæstionis, ceu (vt artis vtar terminis) transit in domum quæsitæ rei: tum enim ipsa maximas habet vires, indicátque aliquam certitudinem boni sperati, aut mali appræhensi, secundùm naturam figurarum, domorum, & quæstionis. fitque hæc in schemate hîc præfixo sic. *Occupatio*

Si fiat quæstio de inimicis occultis, an videlicet quærens habeat inimicos occultos

& an

&c an illi potentiores sint ipso, [figure] figura ♄ in prima domo existens in signo Iouis, ostendet quærentem habere multos inimicos, idque ex transitu, eiusdem figuræ primæ domus in duodecimam, quæ domus est, inimicorum. Illisque ipsum esse meliorem & benigniorem, præsentia nempe signi Iouialis, in prima domo, seu domo quærentis: illos verò fortiores, & proditores esse, dominio nempe ♄ in duodecimam domum, in qua ipse gaudet, & etiam quod figura saturnina in ipsam cadat, in♒ signúmque etiam Saturni. Ipsi verò inimici quærentem pro substantia seu bonis fortunæ sunt aggressuri. Eorum verò qualitatem pete à natura & qualitate [figure] vt dicetur infra.

Coniunctio Geomantica. prima opinio.

Coniunctio figurarum (non autem planetarum vt in Astronomicis) nonnullis est quum figura quærentis seu prima repetitur prope domum quæsiti, vt si verbi gratia de amico fiat quæstio, [figure] figura ♃, in sua domo, nempe in vndecima, ostendit amicum bonum esse probum, [figure] in duodecima videlicet in domo substantiæ amici, illũ ætatis prouectioris, agricolam, nec ita diuitem osten-

ostendit, sua nempe coniunctione cum vndecima, quæ domus est quæstionis, & correspondentia cum prima quæ est domus quærentis. cum qua ipsa eadem est.

Quin potius coniunctio est talis positus figuræ quærentis cum figura domus quæstionis, vt ambæ simul vnam aliam tertiam figuram procreent, vtriúsque naturæ participem. Certum dat ipsa iudicium; & forte, vt si hic verbi gratia, quis pater quærat de liberis, an videlicet patris substantiam sint possessuri, aut an quis filios sit habitu-

o   o
o o   o
rus, o o est figura quærentis, o o figura
o   o o

quæsiti, seu domus quintæ, quæ filiorum est; quæ nascitur ex prima & secunda figura,

o
o
quæ itidem o o est, proinde dico filios habi-
o o

turum, suam substantiam possessuros. Sed hic est imperfecta coniunctio, nam quinta figura non tantùm ex prima & secunda, sed & ex tertia etiam & quarta simul iunctis formatur.

Sic si quæras an te amicus diligat, inue-

o
o o
-s o o in duodecima prope domum ami-
o   o
rum, cuius figura est o o, quæ simul iun-
o o
o o

ctæ producent (figura) testem secundùm, seu decimamquartam figuram, quæ cum quarta figura seu fine & exitu concurrens (cùm sit eadem ostendit quod diligat,&c.

Tertia opinio. Alij verò volunt eam solam esse coniunctionem in qua duæ figuræ ita disponuntur, vt ex illis tertia quæ formatur alteri illarum sit similis hoc pacto.

Hîc §

De Translatione. *Translatio* verò magnam cum *Occupatione* & *Coniunctione* habet familiaritatem, quia fit quando prima aut secunda figura, quæ dantur quærenti, transeunt ad locum quæsiti, tunc etiam si bonæ sint, cum bonisque iunctæ, bonum; sin secus, malum prędicunt effectum, vt supra diximus.

Figura autem illa mala est, seu Schema malum, in quo nullum istorum reperitur, nec *Coniunctio*; videlicet, nec *Translatio*, nec *Occupatio*, vt ait Barthol. Cocles Aphor. 16.

De

8 7 6 5 4 3 2 1

Coniũctio. Coniũct. Coniunctio.

12 11 10 9

Coniunctio.

Coniunctio

Coniunctio. Coniunctio.

14 13

Coniunctio.

15

16

* *
*

Vide Schema in Casano pag. 106. quod tribus tãtum constat figuris.

De partis fortunæ inuentione eiúsque in schemate collocatione.

Capvt II.

DE partre fortunæ ⊕ iam tractandum est. Pars autem fortunæ vt apud Astrologos, sic apud Geomanticos magni est momenti, magnæquæ considerationis: apud illos enim huius ⊕ signum & gradus ad hylech inuentionem maximè considerantur apud hos verò magnam ab ipsa domus in quam ex proiectione incidit, recipit vim & ἐνέργειαν, Elicitur autem sic.

Numeranda sunt omnia puncta duodecim figurarum, (reiectâ illorum opinione qui & simul decimamtertiam decimamquartam & 15. adiiciunt) tum ex is collectis in vnum, reiiciatur quantū fieri poterit duodecim, aut ea si velis inter numerandum quoties occurrerint omittantur, aut numeros omnes simul collectos partire per duodecim. Denique residuum, aut numerū ab illa reiectione aut partitione resultantē, distribue in domos duodecim schematis, incipiendo à prima domo. In quam verò domum vltima cadet vnitas, seu punctum vltimum, in illa (inquam) domo locanda erit pars fortunæ ⊕ sic ex schemate proposito nostro ex quatuor matribus resultat numerus

numerus. 25
ex filiabus quatuor. 25
ex neptibus quatuor. 26
summa est. 76


Partire per 12. resultant 4. post sexies 12. dabo igitur domui quartæ vt patebit in seqequenti schemate.

Quod si duo testes cum iudice essent adiiciendi numero 76. qui reddunt 18. resultaret alius numerus sic

76
18 partire per 12.
94

Hîc resultant 10. proinde esset in decima collocanda.

Ecce schema.



Pars hæc fortunæ perexactè est consideranda, si in bonam enim domum & figurá incidat, non parui est ponderis ad ferendum iudicium, si verò in malam non exiguum affert iudicanti impedimentum.

Iudicandi ratio ex Rob. Flud. & Gebro. Iudicandi verò ratio ex Gebro & Flud hæc est si iudicium ex superiùs positis obscurius videatur.

Erecto schemate numerentur puncta quatuor matrum, quibus per nouem diuisis, resultans à diuisione proiiciatur à prima domo, tum formetur figura vnica, quæ præteritorum veritatem ostendet.

Tum numerentur filiarum quatuor púcta omnia, & procedens vt suprà, fiat figura in domo post distributionem, à prima domo collocanda quæ præsentium dabit iudiciú.

Tertiò puncta neptium numerentur, à prima etiam distribuantur, figura dehinc constructa futura iudicabit.

Tandem & testes & iudex numerentur & procede vt suprà etiam pro futuris.

Denique adiungantur hæ quatuor recens extractæ figuræ, quarum numerata puncta & diuisa vt suprà proiiciantur (id est distribuantur) à prima domo & feretur iudicium secundùm naturam figuræ domus, in quam numerus inciderit.

Quòd si nullum superet punctum, nouena sunt sic distribuenda per domos, non per puncta; matrum, matribus; filiarum, filiabus; neptium, neptibus.

Formetur postea figura ex prima & septima,

prima & ex quarta & 10.fiat alia ex quibus tertia quædam formata, successum totius indicabit, accipiendo tertiam schematis figuram, quæ certitudinem totius indicabit, secundum analogiam & correspondentiam suam cum figuris aliarum domorum. Si verbi gratia sit in aliis domibus, aut cum ista angulari vltimò extracta.

Quæ si non sit in toto schemate, tertia illa figura, iudica secundum figuram illam ex quatuor angulis vt dictum est eductam, quæ si reperiatur in prima, iudica secundū ipsius rationem de quæstionibus in prima existentibus. Sic de secunda, tertia, quarta, &c. vt dictum est suprà.

Nonnulli, vt Rob. Flud, si iudicium etiam sit obscurius, ex prima & quinta vnam faciunt figuram, ex secunda & sexta, aliam, ex tertia & septimà aliam, ex quarta & octaua, quartam faciunt: quas quatuor matres secundarias appellant, ex quibus nouum conflant iudicium, & ex quibus vnum aliud conflare schema possunt.

Ego verò partitionis numerorum suprà positæ per nouem rationem non inuenio, quum enim in duodecim domos debeat fieri proiectio tres sic vltimæ, decima videlicet vndecima & duodecima excluduntur quod receptum est, si enim ad vnam istarum quæstio pertineret, nullum de ipsâ rectum fieri posset iudicium, & proinde facienda potiùs per duodecim videtur.

Sic & de diuisione secunda quam recens-

ſui punctorum quatuor matrum per ſe, quatuor filiarum per ſe, quatuor itidem neptium per ſe: Ad quid enim illa partitio per nouem, cùm proiectio ſit in quatuor faciẽda: quin potiùs non fiat per quatuor.

Cæterum de his ſuum beneuolus lector feret iudicium prioribus enim inſiſtens hæc tantùm obiter tetigi, vt nihil videar omiſiſſe.

De puncto inſtructionis, ſeu ad cuius domus quæſtiones Geomanticum ſchema inuentum eſt referendum.

CAPVT III.

ERectum aliquando ſchema per in aduertentiam amitti poteſt, aut ab alio aliquo, decipiendi gratia, Geomantico offerri. Vt autem ſcias quam ob cauſam fuerit erectum, nec imponere tibi quis valeat.

Primò conſideretur prima domus, eiuſque figura, quæ ſi in aliquam aliarum domorum tranſeat, ad illius domus quæſtiones referenda eſt authoris intentio. (Quæſtiones autem domorum habebis infra,) fitque illud per quamdam Analogiam, ſeu ſympatheiam, quam habet prima figura quę quærentis eſt, cum figura domus quæſtionis.

Secun

Secundò omnia puncta imparia totius ſchematis, duodecim videlicet primarum figurarum ſeorſim decerpta, in duodecim domos diſtribuantur, incipiendo à prima ſeu partiendo per duodecim ſi numerus imparium punctorum ſuperet duodecim, & diſtribuendo illa puncta quæ à partitione reſtabunt vſque ad vltimum punctum, iudicium fertur ſecundùm naturam figuræ & domus, in quam illud vltimum incidet hoc pacto.

8	7	6	5	4	3	2	1
o	o o	o o	o	o o	o o	o	o
o o	o o	o	o	o o	o o	o	o o
o	o	o o	o o	o o	o	o o	o o
o	o o	o o	o o	o	o	o o	o

12	11	10	9
o	o	o o	o o
o o	o o	o o	o
o o	o o	o	o o
o	o o	o o	o

Incidit in octauam, ſunt enim 20. puncta imparia.

Incidit hîc vltimum diſtributione punctum impar in octauam domum, ergo fuerit erectum ſchema, vt quæreret de morte alicuius, verbi gratia Regis, propter

o o
o o
o
o o

in

ſeptima quæ coniungitur cum octaua, & quæ eſt figura decimæ, &c. videbis quæſtiones octauæ domus infrà.

Tertiò, vel ex prima & ſeptima figura extrahatur vna tertia iudicando ſecundùm naturam primæ & ſeptimæ & ſecundum naturam illius tertiæ ſic.

7	1
o o	o
o o	o o
o	o o
o o	o

o
o o
o
o

Hic exurgit hæc.

Figura o / o o / o / o quæ in octauam domum incurrit vt dictum eſt, proinde idem eſt ferendum iudicium.

4. modus negligendus.

Quartò, alij iudicant ſecundùm naturam tertiæ illius ex prima & ſeptima exurgentis, pro vt in ſequenti tabella patet. Si enim ex his formetur exempli gratia o o / o / o o / o quæſtio

Tabula hæc refertur ad pag. 89. sign. §§.

o o o o o o Quæstio est de pecuniis.	o o o o o o Aut de pecuniis aut de itinere, aut de amissione, lite inter parentes.	o o o o o De quadam re amata, aut de suscipiẽdo itinere.	o o o o o De re incũda, de grauida, de itinere aut cõiugio.
o o o o o o o De muliere de morte, de pecuniis.	o o o o o o o De re rubea igne, de sanguine, &c.	o o o o o De mercibus domus mutatione, de conuentionibus.	o o o o o De bello aut re aliqua mala.
o o o o o o De timore lucro, aut morte.	o o o o o o De loci mutatione.	o o o o o o o o De popul multitudine Comitiis, Cœtibus, de matrimonio.	o o o o De amissa pecunia de itinere.
o o o o o o o De quodam qui cum nobili versatur	o o o o o o o De rebus absconditis de ablatis furto subreptis amissis, de morbo, aut dæmonum inuocatione	o o o o o o De Carcere morbo, de re occulta.	o o o o o o De quadam suspicione,



erit de pecuniis,&c.huic tamen modo nullatenùs fidendum, cùm animi recreandi causa duntaxat fuerit inuentus.

Huc refer schema § §.

Hanc autem tabulam quamuis nullius sit vsus Geomanticis, eam tamen ob rem hîc affiximus, ne quid ab aliis traditum hîc desiderari videatur.

Vt alicuius nomen cognoscas.

CAPVT IV.

POsuissemus hîc & aliam tabellam eodem ex Catano, quàm tamen vt inutilem & inanem sponte supressimus, ne arti ipsa huic quæ certi quid semper prædicere solet, imponat.

Eodem etiam pacto, & sequens totum caput omisissem', cùm de re incertâ & plerúmque falsâ sit, nisi aut illa non vidisse, aut vnico duntaxat authore contenti alios non peruoluisse videremur.

Igitur vt alicuius nomen ex prima litera aut syllaba coniiceremus, dederunt Geomantistæ omnibus figuris certas quasdam literas è quibus conglomeratis, suas educunt syllabas.

Si exempli gratia latronem ex nomine

noſſe volueris, aut vrbem aliquam
properaturus, aut ſpeciem mercatu
conuenientem aut nomen ſcribentis
inimici, &c.

1. Erecto ſchemate accipies primá
bam ex prima figura, & ex eius literis
cum decima & eius literis, ſecundam
ſyllabam & tertiam ex ſeptima ſin
quarta ſumes.

2. Vel accipies literas primæ & ſep
&c. *hic modus fa ſiſſimus eſt.*

3. Vel pone pro prima nominis liter
ram primæ, pro litera in medio no
contenta decimam & ſeptimam, pro
verò quartam & decimamquintam.

4. Vel & melius accipe quatuor ang
prima figura, primam nominis voc
decima ſecundam, ſeptima tertiam, q
quartam & vltimam ſignificat.

5. Vel breuiùs decima primam ſylla
ſeptima ſecundam, quarta tertiam &
mam nominis ſyllabam dat.

Quantæ porrò hic ſubſint falſitat
ſuperioribus coniici facilè poterit.

Hæ autem Catani ſunt Regulæ.

REGVLA I.

Huc refer ad **.

Harum exercitatione veritatem ex
rabis, ego enim hac duntaxat, ſum vſ
Co



Tabellæ hæ referuntur ad pag. 90.
**

Hæ autem Caietani sunt Regulæ.

Regula prima.

A	B	C	D	E	F	G	H
o o o o o o o	o o o o o o o	o o o o o o o	o o o o o o o	o o o o o o	o o o o o o	o o o o o	o o o o o
I	**K**	**L M**	**N O**	**P Q**	**R S**	**T V**	**X Y**
o o o o o	o o o o o	o o o o o o	o o o o o o	o o o o o	o o o o o o	o o o o o o o o	o o o o o o

Secunda regula eiusdem.

r. i. g.	r. a.	i. c.	x. v.	a. b.	o. b.	r. a.	i. d.
o o o o o o o	o o o o o o o	o o o o o o o	o o o o o o o	o o o o o o	o o o o o o	o o o o o	o o o o o
e. c.	**a. q.**	**r. u.**	**b.**	**m.**	**i.**	**t.**	**o. t. s.**
o o o o o	o o o o o	o o o o o o	o o o o o o	o o o o o	o o o o o o	o o o o o o o o	o o o o o o

Regula tertia eiusdem.

a. d. b. r.	z. b. c. x. d. n. i	i. b. c. x. z.	a. c. d. o.	a. d. b. e. f.	c. q. t. o. s. e. f.	g. r. d. t.	h. x. t. y. c. a
o o o o o o o	o o o o o o o	o o o o o o o	o o o o o o o	o o o o o o	o o o o o o	o o o o o	o o o o o
c. k. d. i. e. u.	**a. e. c. i.**	**t. a. g. l. i. r. u. z**	**h. l. r. m. s.**	**m. n. o. z.**	**i. p. d. n. o.**	**h. l. u. p.**	**s. u. t. p. i. x.**
o o o o o	o o o o o	o o o o o o	o o o o o o	o o o o o	o o o o o o	o o o o o o o o	o o o o o o

Hæc indantur paginæ 91. Post signum ***.

r. u.	h.	f.	a. b.	t	z	e	a. s.
o o o o o o	o o o o o o	o o o o o o	o o o o o o	o o o o (o o	o o o o o o o	o o o o o	o o o o o
36.	15.	12	1	47.	14	102	8.
r. r.	d. r.	g	i		m	v. d.	i. r.
o o o o o o o	o o o o o o o	o o o o o o	o o o o o o	o o o o o o o o	o o o o	o o o o o	o o o o o
50.	12	22	10	2	8	14	14

Tabula numeraria Catani eiusdem generis

6.8.12.16. 31.400.	6.16.8.	6.12.60. 20.500.	50.3.5.7.6.	2.3.8.14. 21.100.	7.21.12.54.	4.7.10.14. 18.60.	7.14.91.33 60.70.
o o o o o o	o o o o o o	o o o o o o	o o o o o o	o o o o o o o	o o o o o o o	o o o o o o o	o o o o o o o
16.12.50. 60.90.	1.5.6.16. 100.1500.	2.25.14.4.	1.5.12.23. 14.24.50.	4.6.8.9.10. 24.40.90.	2.3.8.9.16. 50.69.	6.15.29.9. 41.21.72.	26.10.24. 64.9000.
o o o o o	o o o o o	o o o o o	o o o o o	o o o o	o o o o o o o o	o o o o o o	o o o o o o

Coclite collecta, plerúmque falsâ.

Huc refer ad ***.

Ad quem verò vsum faciant hi numeri penitus me huc vsque latuit, nec vllam illorum hactenùs inuenire potui rationem eorum enim mentionem, nec Gerardus Cremonensis, nec Geber, de Abano, Flud, nec nec alij præter Coclitem & Catanum fecerint, vt vel de literis nominalibus. Cúmque illi duo Catanus videlicet & Cocles artem hanc relaxandi duntaxat animi gratia instar aliorum ludorum queis (vt dodechedro aut *thesserularum* proiectione) ad fallendas longiorum molestias noctium passim, ad futuros iocosè euentus eliciendos, plerique vtuntur, habuerint nihilque certi in ea locauerint, proinde superflua illa ad artem non spectantia, quippe nullo stabilita fundamento, ad artis ipsius contemptum in illam tantummodò instrusa, reiicienda censeo.

De natura figurarum essentiali.

Capvt V.

IAm ad essentialem figurarum naturam descendamus. Ea figuræ naturalis proprietas est, quæ ipsi naturaliter inest: quæ maxima est, quum figura quædam in prima

est,

est, vel quindecima aut in domo quæstionis proposita, augetúrque vel minuitur accidentaliter domus, signi in domum incurrentis, & aspectuum variorum ratione, figuræ ipsiúsmet procreatione; sícque

Fixa, orientalis, masculina, diurna, aerea, mixta, significat inter.

Externa. Progessum, acquisitionem, sanitatem, fructuum dulcium copiam, subausterum saporem, odorem liliaceum, ex metallis aurum.

Corporis dotes. Hominem masculum, faciei mediocris, coloris subrubei, oris parui, aures paruulas; collum lógum habentem; crines multos, magnos oculos, in terram demissos, strictos humeros.

Animi dona. Venerandum, tenacé, seu auarum, pulchrarum & nitidarum vestium. amantem, diuitem, prudentem, sapientem benignum, boni consilij, aulicúm in dignitatib⁹ cóstitutum, maximè in prælaturis.

Accidentia, Signum habebit vulneris in capite, periclitabitur

bitur in aqua, & plerúmque febre morietur: idque circa mensem Septembrem.

o

o o

o

o o

Ignea, masculina, mobilis, meridionalis, diurna, exiens. significat inter.

Externa. Malum, amissionem bonorum, rei finis impedimentum, diminutionem, mortem, domos diuites, ruinosas, & desertas, arbores, volucres, amaritudinem.

Corporis dotes. Hominem mediæ staturæ, robustum, longi colli multos capillos sub rubros habētem, faciem latam, magnum caput, largos humeros, os mediocre, oculos magnos, luscos, vel eleuatos, nec tamen inuenustos, barbam raram.

Animi dona. Honoris cupidum, simplicem, mendacem, latronem, ad iram procliuē, libidinosum, proditorem.

Accidentia. In fronte signatum, fissuram habentem, periculum amitendi alterius oculi incurret.


Morietur Septembri.

Aeria, orientalis, diurna fixa, masculina, intrans. significat inter.

Externa.	Bonum, diuitias, successum bonum, seniores, vitam longam, occidentem, montes altissimos, castella in mõtium summis, pyramides, subfuscum colorem, bonum odorem.
Corporis dotes.	Completæ staturæ, ampli pectoris, faciei rotundæ, oculorum magnorum & nigrorum, magnos pedes habentem, largam frontem, crines asperos, grossum collum, longum nasum, longas nares, duos dentes superiori loco, barbatum, album, & rubicundum.
Animi dona.	Sapientem in omni re. virum grauem, iurisperitum fidelem seruum, honestè incedentem, verecundi aspectus, intelligentem,

gentem, bonorum morum: vt religiosum, seu Ecclesiasticum, vestimenta alba amantem, veracem, Deum amantẽ, præsumptuosum, fortunatum in animalibus paruis.

Accidentia. Morsum Canis in crure, morietur Decembri.



Externa Tristes cogitationes, occultum dãnum, obligationes, vilem & totalem subiectionem, tristitiam, paupertatem, infirmitatem, malum euentum timorem.

Locum obscurum, tenebrosum, subterraneũ, Australes ventos, saporẽ austerum, odorem fœtidum.

Corporis dotes. Longam staturam. colorem nigrum, cum rubro mixtum longum & macilentum corpus, magnos

Terrea occidentalis, fœmina, nocturna, intrans, fixa, mala. significat inter.,

gnos dentes, longam & nigram faciem, formam fœdam, magnos pedes, capillos asperos, raram & paucam barbam.

Animi dona. Malitiosum, apostatam: sine lege viuentem, rebellem, rusticum malè morigeratum, homicidam, pauperem incredulum, infidum, mendacẽ, pronum ad iram, auribus vt aiunt ridentem, infortunatum, deceptorem libidinosum, auarum, pigrum, mysanthropum, melancholicum.

Accidentia. Signum habebit in talo, morietur Aprili.

Externa. Bonum ingressum, ocdentalem regionem, vineas, hortos, odorem acutum, spei complementum, domos, bestias, res secretas.

Corporis dotes. Mediocrem staturam oculos pulchros. pulchrã rotundam, vel oblõgam faciem, longum nasum, magnum os, magnos dentes, multos capillos, delicatulum, visus obtusio

Terrea, occidentalis, fœminina, nocturna, intrans, fixa bona, significat inter.

Animi dotes. sioris, submacrum. Castum, honestum, bonæ voluntatis, fidelem, melancholicum, fortem, tranquillum, boni consilij, sub nigrum, auarum, securum, stabilem, iustum.

Accidentia. Signum habet in latere dextro, in capite, & pectore.

Periclitabitur de vita in aquis, morietur Septembri.

o
o
o
o o

Ignea, meridionalis, masculina, mobilis, diurna, exiens, mala, significat inter.


Externa Absentis malum reditum, latrocinia, nugas, proditiones, extrema Orientis, loca humida, subterraneas specus, loca prædonibus excipiendis apta, res veloces, & distentas, arma, falsam famam, lites, iram.

Corporis dona. Longam faciem, mediocrem staturam, os pa-

culum, exertos dentes, largas mandibulas, mentum acutum, longam & acutam barbam, longa & grossa crura, longum ventrem, macrum corpus, longum nasum, colorem rufum.

Animi dotes. Malum, discordem, fugitiuum, laboris patiétem, cogitabundum, téme rarium, superbum, iracundum, audacem, fallacem, mendacem, proditorem, prodigum, libidinosum, sceleratum.

Accidentia. Crura habentem debilia, & vlceribus vitiata, fortunatum in animalibus rubris, & nigris, Aprili moriturum.



Externa. Carthas, scripturas, argentum, res albas, pecunias, societates, merces, orientem, hortos, odores suaues, saporem dulcem,

esse

effectum bonum rei quæ tractatur per nuncios.

Aquea septentrionalis, nocturna, fixa, bona, significatiuiter.

Corpori. dona. Mediocrem staturam, magnum caput, frontem sæpiùs sudantem, faciem rotundam, longam barbam, paruulos oculos.

Animi dotes. Pacis amantem, & charitatis, coloris albi, vẽrecũdum, multos amicos acquirentem, paucósque retinentem, sapientem, prodigum, benignum, timidum, fidum, gratum, tranquillum, vanâ gloriâ affectum, honoratum, fœlicem, magnorũ principum seruitiis honoratum, literatum, mediatorem affabilem.

Accidentia. Signum habẽtẽ in oculo. In auibus rufis & rubris lucrantem, vt in animalibus & aleâ: moriturum Ianuario.



Ignea, meridionalis, masculina, diurna, exiens mobilis mala. significat inter.

Externa Mortalitatem, bellum, timorem, ſanguinem, corallum, aurichalcum, igné, auſtrum, loca eminentia, ſaxoſa, cæpas allia, & acria omnia & rubra.


Corporis dotes. Faciem aſperam & militarem, trucem, aſpectum, rubrum, aut brunum colorem ſæpe, grana, ſeu puſtulas rubeas in facie habentem, raros pilos in barba, vocem tonitruoſá, oculos paruos, lentiginoſum, macrum duri corporis & oſſei.

Animi dotes. Callidum, verboſum, diſcordiæ excitatorem, audacem, contentioſum, maledicum, aleatorem, fornicatorem, homicidam, malitioſum, ſuperbum, litem ex minimis inferentem, fallacem, rixoſum, vitioſum, falſum,

perſi

perfidum, nullius secreti seruatorem proditorem, libidinosum, iracundum, rusticum.

Accidentia. Signum in capite aut fronte Aprili, aut Nouembri moriturum.





Ignea, septentrionalis, fœminina, fixa intrans, bona, nocturna. significat inter.

Externa. Bonam, lætitiam, lucrum, honorem, luxuriam, scandalum, bellum, incestus, solis asoccum, saporem dulcem, odorem fastidiosum & molestum, hortos & porticus.

Corporis dona. Pulchrum, carnosum, mediocris staturæ, satis fortem, collum oblongum, pulchros oculos, barbam raram, magnum caput, rotundam & pulchram faciem, os paruū, latos humeros, vocem lenem.

Animi dotes. Fortunatum, officiosum, quietum, gratiosum

Accidentia. insidum, auarum, ferocẽ, faciei ornatui studẽtem, viros & fœminas stultè amantem, & fornicationem.

Fortunatum in animalibus rubris &; nigris. Signum in gena dextrâ: & morietur mense Septembri.



Aeria, orientalis, masculina, diurna sanguinea, mobilis, mala, exiens. significat inter.

Externa. Lætitiam per fœminã, detrimentum fortunarũ, & famæ, lasciuiam adulteria, oriẽtem, loca campestria, prostibula, saporẽ amarum.

Corporis dona. Nec pinguem nimis, nec macilentum, staturã, breuem & grossam, collum curtum, barbam raram, colorem subfusum, aut subrubrum, faciem oblongam & extenuatã, rubore sæpiùs perfusam, os paruum, oculos & super

percilia, pulchra, dentes malè ordinatos, pectus largum.

Animi dotes. Pertinacem, seminatorẽ discordiæ & præliorum concitatorem, libidinosum, meretricium, superbum, mendacem, ingeniosum, litigiosum.

Accidentia. Vulnus in labro superiori habentem, vel in vtrísque labris, vel saltẽ in facie, fortunatum in vaccis & animalibus rubris.

Moriturum Octobri.



Externa Fortunam, honorem, regnum, sanitatem, regium oratorium, occidẽtem, saporem dulcem, odorem gratum, fœlicem statum, desiderij complementum.

Corporis dona. Macilentum, mediocris staturæ, faciem rotundam, dentes subtiles,

Terrea, occidentalis, fœminina, nocturna, intrans, fixa. significat inter.

magnos oculos, colorem album ad flauedinem vergentem, crus vnum altero grossius, pectus largum, crinitum, staturam rectam.

Animi dotes Gratum aspectum, affabilẽ, honestum, verbosum, loquacem, moribus bonis ornatum, beneficum, verecũdum, legum amantem, pudicum, officiosum, bonæ intẽtionis, secretũ, aliis vtilẽ, quodammodo superbum, & alta experentem, in expensis largum, ac bona disperdentem, in incessu tardum, & pigrum.

Accidentia. Fortunatum, moriturum Nouembri.

Externa Progressum, facultates, ingressum ad Regem cũ honore, vtilem societatis


Ignea, meridionalis, masculina; diurna, mobilis, exiens. significat inter.

tatis separationem, oriẽtem, alta palatia, montes saporem amarum, optimum odorem, volatilia, pretiosiores gemmas, motus lenes, nauigationes, regia sigilla.

Corporis dotes. Carnosum, mediocrẽ staturam, rotũdam & albam faciem, magnum & longum nasum, oculos nigros aut versicolores ad terram cõuersos, pulchrum colorem, largam, frontem, capillos grossos & asperos, ac dispersos, grossum collum, largas nares, barbam mediocrẽ.

Animi dotes. Audacem, superbum amantem Deum, honostè incedẽtem, verecundum venerandum, præsumptuosũ, velocẽ, magnanimũ, generosum, secretum in suis negotiis, benè indutum, duplicis aspectus; Regi subiectũ, aliis vix se fidelem subiicientem, gratum, fortem, non ita biliosum, libidinosum, iurgia quærentem, sæpe proditorem paucique lucri & pro-

| Acci- | uentus hominem.
(dentia. (Moriturum Augusto.



Aquea, septentrionalis, fœminina, nocturna, bicorporea, mala. significat ideo.



(*Externa* (Multitudinem, cõgregationem, complementum exercitum lac⁹, mare, orientem, locum obscurum, solitariũ, & horrendum, syluas, fructus syluestres, salsum saporem, dulcedine mixtum, plantas, herbas, aquas.

Corporis dona. Staturam mediocrem, ad longitudinem inclinãtem, pulchram ac benignam faciem, rotundã ac lentiginosam, corpus macilentum, oculos pulchros, & benè formatos, tenuia crura benè tamen facta, colorem album ad fuscum tendentem, magnos dentes, magnam barbam, magnum pectus.

Animi dotes. Liberalem, obsequiosum, fortunatum, vene-

reum

reum, fidum amicum, bonę voluntatis, iucũdum, iustum, gaudentem deambulatione, quietem & otium fugientem, facilè promittentem, promisísque non stantem.

Accidentia. Maculam quandam in oculo, aut oculum altero maiorem habentem, plagam, aut aliud signum ab ipso insepatabile, signum habentem in digito vno, aliud in fronte, aliud in capite.

Moriturum Iunio.






Externa Iter, arbores, paupertatem, lucri paucitatem, mutationem, occidentis punctum, pistrinas riuos, canales, fluuios, odorem bonum, salsum saporem.

Corporis dona. Magnam staturã, quadratam, longam & brutam faciem, raros dentes, caput paruum, corpus

maci

Aqua ſeptentrionalis, fœminina, nocturna, communis, ſeu incorporea: ſignificat inter.

macilẽtum colorem cri-citrinum.

Animi ona. Tardum ad iram, qua efferueſcente immanem, amantem frequentis peregrinationis, incõſtãtem in propoſito, non multum libidinoſum, obſequioſum, credulum, timidum, plus bonitatis, quàm malitię habentem, rudem & nullius ſapientiæ, pauperẽ, loquacem, infidelem, viatorem lucri cupidum.

Accidentia. Signum habentem in dextrâ maxillâ, aut in oculo, aut oculum altero maiorem.

Moriturum Septembri.

o o
o
o
o o

Externa Congregationem, cõputationes, rationúmque ſimul redditiones, concluſiones, res variorum colorũ, pannos & ſimilia amicitias

Aeria, orientalis, masculina, diurna, bicorporea. significat inter.

amicitias, concordiã homicidia, sculpturam, pacta seu cõuentiones, scripturas declinantem occidentalem plagam, extremam, officinas locos insculptos, aut sculptilibus ornatos, odorem acutum, saporem acidum.


Corporis dotes. Pulchrum, formosum, gracilem, macilentum, staturam altiorem, faciẽ oblongam & macilentam, & pulchram, colorem pallidum, cinereum, nasum longum & tenuẽ, crura distenta & tenuia, dentes magnos, pulchros oculos, & nigros, pulchrã barbã, sed raram, & paruam.

Animi dona. Amantem lectiones, facundum, eloquentem bonæ voluntatis, acquirentem multos amicos, largum seu prodigum, sapientem, tranquillum, honestum, pudicum, ingeniosum bonæ famæ, & consilij, libidinosum, bono & vtili delectantem, violentum, susurratorem, mendacem, leges contem

temnentem, non ita bonum.

Accidentia. Signum habentem in capite à morsu canis.

Moriturum Octobri.



Terrea, occidentalis, foeminina nocturna, bicorporea. significat inter.

Externa. Impedimentum, carceres, sepulchra, fossas obscuras: res nigras, & ponderosas, difficultates, dãnas, personas solitarias, heremitas, specus subterraneas, mineras, saporem acidum, odorẽ fœtidum.

Corporis dotes. Staturam breuiorem, à mediocritate, magnum caput, molle corpus, rotundam faciem, spissos, dentes sibíque increscentes, curta brachia fuscum & bonum colorem, aut liuidum plumbeum, seu nigrum, crines spissos & asperos, pulchram & rotundam barbam, & raram, magnas mandibu-

las

las largum pectus, curtū collum, &, largum paruum os, paruos oculos, eósque rubros & albos.

Animi dona. Ferocem, magnanimū, violentum, mœstum, vim facilè ad furta inferentem, malorum morum, incredulum, homicidam infidum & suspicacem, melācholicum, tenacem, auarum, cogitabundum, pigrum, inuidiosum, proditorem, infortunatum, castum.

Accidentia. Fissuram in talo.

Moriturum Aprili.

Plura his petentur ab Astronomis, hîc proinde consultò omissa, vt ad eos recurratur.

De domorum quæstionibus.

Capvt. VI.

ZOdiacum vt Astronomi in duodecim partes inæquales secant dum Æquatorem videlicet in duodecim partes æquales diuidunt, sic & Geomantici Astronomos imitati, schema cœleste duodecim videlicet partibus æqualibus constans (quas domos Astronomorum instar vocant) describunt, iísque domibus suas inscribunt figuras, signa & planetas, Astronomos in hoc instar simiarum imitati.

Cuíque autem domui quásdam adscribunt quęstiones instar Astronomorum, quas his versibus comprehendunt.

Vita, lucrum, fratres, genitor, nati, valetudo,
Uxor, mors, pietas, regnum, benefactáque, carcer, &c.

Geomantici verò plures his singulis domibus adscribunt proprietates, prout sequitur.

Primæ domus quæstiones.

De vita & status quærentis.
Statura, colore, complexione,
Sanitate & valetudine, gaudio & tristitia.

Moribus

Moribus, loco habitationis.
De omnibus principiis.
Suscipiendorum negotiorum tempore.
Quem conceptiones propositæ habituræ sint exitum.
De substantia, seu bonis incarcerati.
De partibus hominis hæc domus adspicit caput, & eius partes.
Gaudium. ☿.

Secundæ domus quæstiones.

SVbstantiam petitoris.
Omniáque bona mobilia. *2. Domus quæstiones*
Acquisitiones, venditiones.
Negotia vtilia.
Diuitias, lucrum,
Terram, & locum residentiæ petitoris.
Rem furto subreptam.
Vter ludentium sit lucraturus.
Si amicus cui fidem adhibes sit fidelis.
Si cum vtilitate & profectu debitum reddetur.
A seruis locandis obsequium.
An lucraturus sit in re aut loco suæ habitationis.
Locum in quo fuit res suffurata.
Si suscipienda peregrinatio futura sit vtilis.
Si promissum à nobili aliquo aut Principe factum, suum sit cõsequuturum exitum.
An nuntius veniẽs bona sit nuntia allatur⁹.
Lucrum familiæ quærentis.

Ex partibus hominis collum habet.
Ex coloribus rubedinem & viriditatem.

In hac domo [figure] & [figure] sunt omnium optimæ.

Tertiæ domus quæstiones.

3. Domus quæstiones

STatum fratrum sororum.
Scholastici studentis statum.
Vicini amicitiam.
Nuntios.
Paruula itinera.
Legatos extraneos.
Literas.
Malum in itinere.
Locos in ciuitatibus.
An in bonum sint mala cessura.
Vt se habeat Ecclesiasticus de quo queritur.
Mutationes de loco.
Rubedinem flauedinémque ex coloribus.
Ex partibus corporis brachia.
Gaudium.)

Quartæ domus quæstiones.

4. Domus quæstiones

STatum parentum auorum atauorum.
Terram, campos, diuitias in ciuitatibus, agriculturã, omniáq; ex terra procedẽtia.
Thesauros occultos.

Finem

Finem rerum omnium.
Quâ morte sit aliquis extinctus, hoc est si sit suspensus aut combustus post mortem.
Statum hæreditatum.
Fortificationes.
Locos antiquos.
Hominem senem.
Campos.
Fratrum & cognatorum diuitias, & substantiam.
An pater obiit, & an breui sit obiturus.
An filium pater huncque ille præcessurus sit priúsque moriturus.
Vineas, arbores, res omnes è terra crescẽtes.
An bonum sit hæreditates & prædia emere.
An obsessa vrbs expurgabitur nec ne.
An nauis in bonum assurectura sit portum nec ne.
An filius sit legitimus aut spurius.
An qui manet in aliquâ domo diutiùs ibi sit mansurus.
An viator breui sit venturus nec ne.
Colorem rubeum.

Quintæ domus quæstiones.

LÆtitiam, filios, literas, nuntios, Musicam. *5. Domus quæstiones*
Cibi qualitates.
Itinera mediocria.
Substantiam seu diuitias patris.
De fœminâ grauidâ.

Ciues, statum & gubernationem Ciuitatũ.
Amicitiam, inimicitiam.
An cibus sumendus sit profuturus nec ne.
An induenda sint vestimenta noua, an etiã ea benè deceant.
De promissi veritate aut falsitate.
An venturus tabellarius, qualésque literas aut nuntia allaturus.
Si magna sit futura fructuũ copia, an futuri sint boni.
An mulier sit grauida, an masculum sit vel femellam en xura.
De hæreditatibus.
De incantamentis seu sortilegiis.
De aquis pluuiis.
An filius ægrotet, obierit, aut incarceretur.
An viator incursurus sit in latrones & homicîdas.
Mulierum amores.
De libris & doctrina in iis contentà.
Gaudium. ♀
De colore nigro & albo.

Sextæ domus quæstiones.

6. Domus quæstiones

IRam, animum iniquum, iniurias, Homines mala perpetrantes & iniqua.
De morbis, seruis, âcillis, animalibus paruis.
De loco ægrotorum seu Nosocomio.
De laboratotibus.
De pauore.
De falsis testimoniis.

An

An morbus ſit duraturus nec ne.
A quo humore morbus procedat.
An à morbo æger alicuius membri priuationem ſit incurſurus, quónam modo moriturus ſit æger, ſi moriturus ſit in bono ſtatu conſcientiæ aut è contra.
De hora aut die interitus.
An Medicus qui conſulendus eſt doctus ſit nec ne.
An bonum ſit medicari ſeu purgari.
An bonum ſit ægrotum inuiſere.
An ſint emenda animalia parua, oues, ſues, capræ &c. an etiam illa vendenda ſint.
An eiuſmodi animalia amiſſa recuperabuntur.
Quis ipſa ſit ſuffuratus.
De omnibus quæſtionibus ad plebeios & mechanicos homines ſpectantibus, vt de aratoribus, latomis, ſutoribus, ſartoribus, fabris lignariis, ferrariis &c. huiuſmodi de falſis teſtibus, lenonibus, meretricibus ſortiariis, incantatoribus, lamiis &c.
Ex partibus hominis habet inteſtina & viſcera corde excepto Gaudium. ♂

Septimæ domus quæſtiones.

Contradictionem habet propter ſuam oppoſitionem cum prima ſignificátque mulieres, coniugem, coniugia, amaſiã, aduerſarios, inimicos publicos, latrones, fugitiuos, exules, mercatores, ſocietates, locũ, *7. Domus quæſtiones*

quò sit eundum, aleas, suspiciones, diuitias, & substantias seruorum & subditorum de quibus mouentur hæ quæstiones.
An quis in alea sit lucraturus.
Vter ludentium sit lucraturus.
Vter exercituum victoriam sit reportaturus.
An puella virgo sit.
An amasios ipsa habeat & procos, & quomodo & quorsum sit eorum amicitia deuentura.
An nuptias aliqui cõtentiosi interturbabũt.
An coniux ducẽda, sit diues & bene dotata.
An vxor aut amasia amissa recuperabitur.
An vir vxori coniungendus bonus aut malus est futurus.
An pax aut bellum sint futura.
An ad bellum aliquis proficiscetur.
An bellum durabit nec ne.
An quis ingenio valeat.
An res furto sublata poterit recuperari an sit domi.
An fur sit domesticus an extraneus, cuius naturæ sit & habitus.
An pacta pax sit duratura.
Colorem nigrum tenebrosum habet,
Ex partibus corporis nates.

Octauæ domus quæstiones.

8. Domus quæstiones DE morte, timore, periculo, diuitiis, & substantia inimici, & cõiugis, mortuorum hæreditatibus, mercatorum concursu, lucro

lucro in loco ad quem itur, quæsiti effectu, concubinam.

Consilium dantem inimico aut coniugi, consiliarium dictum mulieri consulentem, aut super periculo mali futuri hoc est propter damnum, persequutionem.

Seruos prælianteS, dotem coniugis, dubium laborem, tristitiam, pauorem, timorem & dedecus, aduersitatem, tormenta ex igne, combustionem sanguinis, timorem mortis effusionem sanguinis, occisionem, homicidam, destructionem, mortem.

An aliquis breui sit moriturus.

An æger eo die mense, aut anno morietur.

An aliquis morte violentâ aut naturali sit interiturus.

Vter prior morietur, pater aut frater quærentis.

Quis occisi aut occidendi futurus est homicida.

Quis eius hæres est futurus.

Quis fidus inimici aut mulieris est consiliarius.

An mulier fidelis futura sit nec ne.

De timore propter aliquod damnum, ignem & combustionem, aut sanguinis effusionem.

Vt valeat absens.

Quando absens sit rediturus, quo anno, mense, die.

Qualem absens fecerit progressum.

An fœnerator multum lucri sit reportaturus ex datis in vsuram pecuniis.

An tibi depositum aliquod aut mutuò commodatum aliisque concreditum reddetur necne.

An malum quod timetur contingere possit aut debeat.

Quæstiones omnes Necromanticas, inuocationes dæmonum, incantationes, &c. hæc domus continet.

Ex coloribus viridem & nigrum.

Ex partibus corporis pudenda.

Hic dominantur figuræ ♃ Saturni.

Nonæ domus quæstiones.

9. Domus quæstiones NOna domus denotat Deum cultum diuinum, oratores Ecclesiasticos, Pontificem, Antistites, præsules eorúmque officia, clericos, sanitatem, fidé, religionem, visiones, somnia, diuinationem, philosophos, libros, artes septem liberales, Astronomiam, artes quibus aliquis ad honores venit, scholasticos, literas in via, nútios, legatos, nouas regiones, longas peregrinationes, longam vitá, sepulturam, famam infamiam, omnes, denique Ecclesiasticos, eorum horas canonicas seu officia diurna.

Quæstiones ad Sacerdotis vestimenta pertinentes vt& prædicatoris & scholastici. Quæres igitur hîc de scholastici studiis, sociis, libris.

An multa ex beneficiis Ecclesiasticis sit possessurus aliquis, an Abbas Episcopus &c. futurus

futurus sit vt optat.

An scholasticus post sua studia Consiliari᷒, Iudex, aut doctor, aut præses est futurus.

An aliquis sit stultus aut sapiens & quâ in re ditescet.

An somnium sit verum.

An rumor communis veri quid habeat.

De suscipiendi itineris breuitate, diuturnitate, vtilitate, securitate, & quanam sit ratione instituendum, an aquâ terrâ &c.

An naues & exercitus marini in fœlicem portum sint appulsuri.

An bonum sit & vtile viam maritinam instruere, id est apparatus ad nauigandum necessarios componere.

Quot annos, menses, aut dies insumet quis in suá peregrinatione, & quam ob rem iter illud suscepit.

An fœcundus & fertilis sit annus futurus, & quibus abundabit fructibus.

Ex coloribus habet viridem & album.

Gaudium.

Decimæ domus quæstiones.

HÆc est domus & mater dominorum nobilium, potentum, & honorabilium Imperatorũ, Regum, Principum, Marchionum, Iudicum, Prælatorum, Cardinalium, Pontificis. *8. Domus quæstiones*

Continet officia & loca imperij, imperia, Reginæ authoritatem, gloriam, memo-

riam, laudes, exaltationes, honores, audaciã, reuerentiam, sententiam à iudice prolatam, leges & decreta, medicum, artes, exercitia; Grammaticam, Logicam, finem iuuentutis, mare, naues, turres, ædificia, res furto ablatas, annonæ caritatem, vilitatem, pestilentiam, substantiam & diuitias Ecclesiæ & beneficia, vires omnium medicamentorum, herbarum, cõfectionem emplastrorum, &c. tempus serenum. Quæres autem hîc.

De illis quæ spectant ad alicuius laudes, aut honorem.

De medico, & eius præscriptionibus.

De re amissa aut furto sublata.

De nouerca, matre, muliere, aut amasia.

De viribus medicamenti & omnium ad pharmacopolas spectantuum, de Pontifice summo, Imperatore, Rege, reginâ, Principibus, Magnatibus, publicis magistratibus, legibus ciuilibus, decretis, eorúmque præscriptionibus, seu ordinationibus.

De occultis intentionibus nouercæ, matris, amasiæ.

An à quadam domina aut principe aut magnate diligetur aliquis, vel à nouerca matre, muliere, amasia.

An Rex in suo Regno sit diutiùs mansurus, & dominus in sua dominatione.

An qui ad Pontificatum adspirat eligendus sit, aut imperium affectans ad imperij ascensurus fastigium.

An Pontifex, aut Rex, aut Imperator valeant, nec ne, si ægrotent an conualituri.

Si

Si ille de quo quæritur ab aula regia sit expellendus necne, & an bene ipsi sit futurum.

An bonum sit, vt Rex aut Dominus ciuitatem ingrediatur.

An iustitia à Rege, aut alio iudice sit expectanda.

An viæ se Rex & alij committere debeãt, an breui sint redituri.

An pluuia, aut serenitas, aut venti sint expectandi.

An aliquandiu sint omnia duratura.

An officia bellica sint ambienda, vt Capitanei signiferi, &c. Colorem habet hæc domus album & rubicundum.

Vndecima domus quæstiones.

VNdecima domus significat auxilium, fortunam, amicos, mercatores, diuitias & substantiam Regum, & eorum de quibus in decimâ, reditus & thesauros eorum, exaltationem iuxta Reges, bonam fortunam, scientiam humilium hominum, auxilium amicorum, rem amatam à pectore spem & consolationem, amorem laudis, dotem matris. *11. Domus quæstiones*

Quæstiones de amico, amica.

De re, de quâ spes aut gaudium spectatur.

An spes est bona & vera.

De amico fido & secreto, an sit fidus aut infidus.

De fortuna alicui successura.

De matris diuitiis, prouentibus thesauris.

De Regis pecunia, &c.

An bonum sit ire ad Regum aut Imperatorum aulam, aut Pontificis.

An illud quod Rex aut alius dominus dabit in tuam vtilitatem aut periculum veniet.

An promissum verum est futurum.

Vtrùm annus fertilis sit futurus, aut contrà.

An sit futurus annus pluuiosus aut siccus.

Quid tibi per totum annum eueniet.

Quo anni tempore vilescent aut pretio increscent fruges.

Colorem habet flauum & album.

Gaudium ♃ Iouis.

Duodecimæ domus quæstiones.

12. Domus quæstiones

SIgnificat carcerem, incarceratum, peregrinum, perpetuam peregrinationem, longam violentiam, aduersitates, proditiones, inimicos occultos, animalia magna seu armenta, substantiam amicorum.

Mēdaces, exules, tristes, fugitiuum, inuidum, pauperē, cauernas, seu antra abyssorū instar profunda, laborem, morbos incurabiles, sepulturam mortuorum, &c.

De alicuius desolatione & tristitiā.

De leprâ, podagrâ, & ſimili incurabili morbo.

De proditore & malo ſeruo, fure, & loco patrati facinoris.

An bonum ſit temere vel vẽdere equos, aſinos, boues, mulos, chamelos, elephantes, dromedarios, &c.

Quomodo & quando incarceratus è carcere liberabitur.

An incarceratus quæſtioni ſeu gehennæ applicabitur, & an verum fatebitur.

An aliquis incarcerabitur, & an in carcere ægrotabit.

An equus velox & citus futurus eſt.

An creditoribus aliquis ſatisfacere, ſuáque ſoluere nomina poterit.

An pauper quis eſt futurus.

An domi ſint proditores, & quales futuri ſint.

An aliquis exulabit patria, & quâ de cauſâ.

An inimico tuo poſſis tutò occurrere vt ipſum expolies, & an ipſe multos habeat comites.

Ex coloribus habet album cũ viriditate.

Gaudium ♄ Saturni.

Domus decimæ tertiæ seu primi testis significationes.

13. Domus quæstiones DOmus gaudij dicitur, augétque diuitias, confirmat iudicata per suas matres, id est figuras ex quibus prodiit, quæ sunt, prima, secunda, tertia, quarta, nona & decima.

Decima tertia figura semper datur petitori.

Decimæ quartæ figuræ, seu testis secundi significata.

14. Domus quæstiones DIcitur domus tristitiæ, significat viam obscuram, est testis & iudex quæstionis, si enim malâ ibi sit figura malum est signum.

Decima quarta figura semper datur rei petitæ, confirmat illud quod significatur per figuras ex quibus processit, quæ sunt quarta, quinta, sexta, septima, vndecima, duodecima.

De Iudicis seu figuræ decimæ quintæ significatione.

15. Domus quæstiones VT ipsa procedit ex omnibus totius schematis figuris, naturam proinde omnium

omnium simul in se recipit, si enim tota figura sit bona bonus erit Iudex & contrà.

De significatione figurarum in domibus.

Capvt VII.


ESsentiales figurarum proprietates, quas videlicet ex se in suísque signis existentes (qualiter quum in prima domo sunt) obtinent, suprà fusè satis explicauimus. Iam verò ad accidentales, quum videlicet ipsæ figuræ in alias domos, aliáque incidunt signa, dicendum. Ac primò. *Index seu 15. figura.*

Notum est ex superioribus, primę domui inscribi signum figuræ in primam domum incidentis, & ab eo fieri proiectionem signorum in vndecim sequẽtes alias domos, sic vt ratione primi signi, ordine quem in Zodiaco obtinent alia insequantur, atque ita omnes domus variis signis, eadem ratione à primâ figurâ desumptâ, occupentur, sícque non suum deinceps, post primam figuram, ipsa figura signum pro moderatore, & dominatore habeat, sed illud quod ipsa distributione signorum in domum quàm & ipsa debet occupare, sorte incidit, proiectione à primæ figuræ signo vt dictum est.

Hîc proinde in hoc capite eiusque particulis, & vires quas in prima domo existentes & in suis proinde signis figuræ habent, (quamuis de his satis fusè suprà capite toto quinto

quinto huius libri dixerimus) quásue etiam aliis in domibus signísque distributæ obtinent, explicabimus : proximo deinceps ab hoc capite, illas exposituri quas in sua reduplicatione, seu transitu, aut transitione, aut vt dicunt mutatione in varias schematis domos assequuntur.

Atque hîc de Acquisitione.



In prima.

In prima acquisitionem bonorum, augmentum in omni re sperata, bonam & lõgam vitam, hominem consiliis dandis & recipiendis idoneum, sanitaté, prosperitaté.

In 1. signif



Non est bona ad rem aliquam vendendam.

Optima pro quæstionibus omnibus de amore, aut matrimonio.

Optima pro rebus Ecclesiasticis.

Si quæratur de itinere, fœliciter illud finiendum significat, sed suscipientis illud iter longiorem ante exitum moram, cum gaudióque & lætitiâ illius reditum.

In secundo.



In secunda.

In secunda significat lucrum, diuitias, fortunam in mercatura, bonam promissi receptionem, perditæ rei recuperationem, gratiam, & fauores pro quærente, lucrum in emptione & venditione, maximè animalium. *In secunda signif.*

In Tertia.

In Tertia, lucrum, & fortunam, & diuitias à parentibus; bonos parentes, fratres, vicinos; iter breue, bonum, somnium verum, bonum inire societates, somnium de igne bonum & verum; famam bonam, multos fratres, scholasticum diligentem bonisque facilè disciplinis imbuendum. Bona est pro Ecclesiastici statu indagando & inuestigando. *In Tertia signif.*



In Quarta.

In Quarta, bonam fortunam, & bonum patrimonium, bonam domum & vtilem, in qua diuitias acquiret, diuitem patrem & dominantem, sed auarum; bonum finem omnium hæreditatum, emenda prædia substitutionibus libera, malum pro discessu viatoris, ad locum enim optatum quũ peruenerit difficilè in eius negotiis principium, & facilem significat exitum; res occultas & terrà obrutas, de quibus quæritur, ingentes esse diuitias, & thesauros; patrem nondum obiisse, sed ante filium moriturum, consentiente tamèn quintâ; finem figuræ & schematis bonum, vrbem non expugnatam iri dummodò ciues boni sint, & bonæ inter se intelligentiæ; nauem ad portum bonum appulsam iri; viatorem breui venturum: Qui in domo de qua quæritur manet, in eâ diutiùs mansurum.

In 4. sign.

Bona in omnibus est quæstionibus.

o o
o
o o
o

In Quinta.

In Quinta significat multitudinem filiorum, sed plures masculos quàm fœmellas; bonum ex liberis, bonos & diuites liberos, filium bonæ indolis, naturæ, & staturæ esse, bonas epistolas, bona vestimenta, lætitiam cordis, delitias cum mulieribus, fructus hæreditatum, auxilia & bonam famam propter filios, bonum ab extraneis, consuetudinem aut commercia cum Rege aut Magnatibus; bonum ex prægnante, partum difficilem, sed sine periculo futurum; masculi partum; si consentiat decima, tempestatem in mari, suspicionem adulterij veram, vtilem nauigationem recreationis ergò susceptam; bonum se nuptiis immiscere, venturum breui tabellarium cum bonis nuntiis, literas rebus lætis & iucundis omninò esse refertas, bonum indui vestimentis nouis, promissum suum optatum finem consequuturum, literas, tractare de amore, voluptate, delectatione lubricitate, pro cuius rationis quæstionibus omnibus bonum significat; amasij erga amasiam fidum, amorem; fructuum abundantiam; bonum esse & securum in In 5. sign.

domo illa proposita manere; ciues vnanimes & pacificos, castellum nondum obsessum; Quod si obsideatur non expugnatum iri propter incolarum concordiã; latronibus & homicidis iter vacare; filiũ nec obiisse, nec ægrotare, nec incarcerari, sed benè habere, & lætari; filium esse legitimum; amicum lætum, scriptos libros Ecclesiastica negotia & læta continere; mulierem paucos filios parituram.

o o
o
o o
o


In Sexta.

In 6. signif.

o o
o
o o
o


In sexta medicum, hominem probum esse & doctum; bonum esse medicari consentiente videlicet quinta; breuem & curabilem morbum; recidiuas, sãguinem, & violentiam infirmo, bonas bestias, bonos, vtilésque seruos, vtilitatem ab iis; lucrum comparatori & emptori mobilium & animalium minutorum, aut negotianti cum Magnate, aratorem seu rusticum & mechanicum virum frugi esse, magni laboris, illiúsque opera peractè ac apposité facta, hominem inopia non laboraturum, Bona est,

In septima




In septima.

In septima coniugem viduam aut vetulã, placabilem, bonam, diuitem, multos marito amicos acquirentem; matrimonium propter solum amorem, & sine querela cõtractum, licitũ, conueniens, mulierẽ non adulteram; virum vxori bonum futurum, bonam societatem, amicitiam vtilem, pactam pacem & concordiam inter duos, solidam & firmã futuram; coniugem aut mulierem amissam breui recuperatum iri; filiam non esse virginem; pacem & reconciliationem cum inimicis seu in lite iudiciali seu in bello; nullũ bellum sed pacem futuram; ad bellum hominem non iturum, virum boni iudicij & intellectus esse; maritum domi non esse, concubinatum euentum sortitum iri. In 7. sign



In octaua.

In 8. sign. In octaua ægroto ſemper mortem indicat breuem, lenem, & naturalem, & quam paucorum dierum ægritudo præceſſerit; hominem de quo quæritur mortuum eſſe, debiti aut furto ſublati recuperationem, & fortè mortis cuiuſdam occaſione; mediocritatem in omnibus; ſecuritatem ab inimicis & periculis; pro ficuum in terra aliena, mulierem diuitem & inimicum.



In nona.

In 9. sign. Hæreditates ex mortuis; fratrem priùs patre moriturum, conſiliarium inimici eſſe probum; ſi ſuum conſiliarium mulier ſequatur nihil periculi eſſe; res non incendio cõflagraturas, nullâque ſanguinis profuſionem futuram; abſentem bene valere, cum

multiſque pecuniis reuerſurum.

Necromanticis omnibus quæſtionibus & diabolicis propoſitionibus mala eſt.

o o
o
o o
o

In decima.

In decima proficuum ex morte; viros pios, bonos, Deum timentes & colentes, & fortè religioſos; bona beneficia decernit quæ ſi quęrens ſequatur, aſſequetur; Qui ad ordines pergit eos obtenturum; literas de beneficiorum materiâ tractare; ſi quis ad aliquam artem ſequendam quærit electionem, ipſi nullam Eccleſiaſticis beneficiis eſſe aptiorem, vt citò diteſcat, trãquillam pacatámque ducat vitam; hominem de quo quæritur probum eſſe, & bonæ famæ; verámque ſcientiam habere; libros de rebus Eccleſiaſticis, aut Muſica, aut diuitiis tractare; debitum perſolutum iri; ſcholaſticum Doctorem & conſiliarium futurum; ſi verba promulgata bona ſint, vera eſſe, mala autem ſi ſint, falſa; viatorem aut abſentem tardè, ſed cum honore & diuitiis rediturũ, cum nonnullo tamen in itinere vitæ diſcrimine; ſomnium vtile & bonum, nauem ad optatum portum appulſum iri. *In 10. ſignificat.*



In vndecima.

In 11. significat.

In vndecima Regem, Imperatorem, Principem, Pontificem valere & lætari, genialitérque viuere; bonum cum illis in aula versari, sequentibus enim se multas diuitias collaturos; bonum proinde ire ad ipsos, vt gratiam, fauorem, officia, & dona obtineas; Principem aut Regem à morbo sanatum iri; bonam à iudice sententiam, dummodò præmiis mulieribúsque ipse sollicitetur; victoriam ab inimicis; vrbem à Rege obsessam, expugnatam iri, bonum esse Medicum; & bonum esse medicamentum sumere; rem amissam inuentam iri, nec esse furto sublatam; matrem valere, auunculum, & ipsius coniugem; hominem ab hero in munus equum accepturum; lucrum, thesaurum, desiderij complementum.

In duodecima.

In duodecima multos amicos, ſi de vno qualis ſit quæritur, fidum dicit & auxiliatorem, ſed fortè longè abſentem, boni tamen in te animi; ſpem bonam, lucrum in mercatura; matrem, Regem, aut conſiliarium multas habere pecunias, quæ furto auferri non poterunt; anni fortunam bonam, ſed eum aliquantò fore ſicciorem & morboſum.

o o
o
o o
o

In Decima tertia.

In Decima tertia paupertatem, incarcerationem pro debitis, labores, timorem, debitum non perſoluendum, creditorem ſoluendo non eſſe, incarceratum gehennæ admotum iri, inimicitias validas, lucrum ex ſeruis & armentis; equum tardiorem, & capite laboraturum; equum amiſſum & alias res amiſſas non recuperandas; nullum eſſe domi proditorem; hominem è patria miſſum iri in exilium; ſi quis inimico occurrat peiorem fortunam ſubiturum. *In 13 ſignificat.*

Peſſima eſt hæc figura in hac domo.

o o
o
o o
o

In decima quarta.

In 14. significat. Damnum & mutationem proficui, bonũ iter, complementum desiderij absentis, vtilitatem ex nobilibus & ex matre, cum quodam tamen labore, bonum à Rege nuntjũ, iter ad Regem aut ad iudicẽ aut ad matrẽ.

o o
o
o o
o


In decima quinta.

In 15. significat. In decima quinta consequutionem sperati cum multo tamen labore, longam vitã, fortunam, vtilitatem, bonitatem.

In decima sexta.


In 16. significat. In decima sexta significat bonitatem in omni re, seu venditione seu emptione; recupetationem rei perditæ, itineris retardationem, bonam fortunam, bonos fratres, & bona ab ipsis & à parentibus.

De Amißione.



In prima.

VItam breuem, indiſpoſitionem au defectum in corpore notabilem, vt claudicationem, cæcitatem, ſurditatem, mutilationem, &c. damnum maximè in mobilibus, pecuniis, furtis, maledicentiis; malum pro omnibus quæſtionibus exceptis viatoribus & incarceratis; hominem inſtabilem, ſceleratum, deceptorem; hęreditatum, & pręiorum amiſſionem, carceratum liberaturũ iri & fugiturum; ægrum non victurum. Si de mulieribus quęritur, meritrices indicat propter ♀ retrogradam & ſignum ♏ ſcorpij ſignum ♂. *In 1. ſign.*



In ſecunda.

In 2. sign. In Secunda damnum in mercatura, & bonis suis, nihil lucri, damnum omnium bonorum ex latronibus; impedimentum in venditione & emptione; malum in omnibus aliis quæstionibus, exceptâ amicitiâ cuiusdam nobilis fœminæ comparanda, & pro amore, redeuntem in latrones incursurum, qui eum spoliabunt, quamuis quis lucrum ante fecerit, omnem substantiam dissipabit.

o
o o
o
o o

In Tertia.


In 3. sign. In Tertia significat inimicitiam inter parentes, propinquos, fratres, vicinos, falaciâ. plenum timorem in itinere, in itineribus seu peregrinationibus distantibus celeritatem, & paucum profectum, scholastico malos esse socios, & vicinos, furtum vini somnia, falsa malum pro omnibus quæstionibus.

o
o o
o
o o

In

In quarta.

In quarta falsitatem, damnum hæreditatum, & patrimonij obvnius mortem; destructionem seu malum finem ciuitatis aut domus, damnum vel infortunium in rebus secretis, bonam esse loci mutationem; terras emere, aut domos, aut castella malum; ciuitatem obsessam aut castellum expugnatum iri: hominem non sepultum, sed vel in patibulo existentem; fructus arborum bonos; manifestationem occultorum; querelas & iurgia cum malis hominibus; patrem ante filium obiturum, nullum latere thesaurum, secundis nauem incitari ventis, sed paruum mercatori in eâ esse lucrum; nauem meretricibus plenam esse cum timore ne in piratas incidat; in vrbe aut domo manere non esse securum; Mala est hæc figura hîc pro omnibus quæstionibus. *In 4. sign.*




In Quinta.

In Quinta damnum fructuum & per lites hæreditatum; multos malos liberos & mobiles, & fures, nullam delectationem in *In 5. sign.*

amore

amore fœminarum leuium, sumptus pró domino; mulierem masculum parituram cum vitæ periculo; bella, nugaces & mendaces epistolas; ægrum sanatum iri, tabellariũ breui multa mala nuntia allaturum; malas literas de scortatione, aut rixâ, aut litibus: amicos infidos, malos, tristes, malum pro omni re læta, exceptâ fornicatione aut scortatione, aut lasciuiâ; malam & damnosam domus habitationem; castellum si obsideatur expugnatum iri; latrones viis insistere; nec mortuum nec incarceratum filium; sed grauiter ęgrotare; filium nõ esse legitimum; vestiméta noua emere, aut induere bonum; annum seminum prouentu notabilem, arboribus, tamen plantísque malum, libros scortationibus aut iurgiis, cartásque esse repletas, mulierem multos filios, malósque parituram, mala in omnibus quæstionibus.



In Sexta.

In 6. sign. In sexta malum successum pro omnibus quæstionibus de seruis & ancillis, pro ægro, sæpe euasionem à morbo secũdùm primam & octauam, ægrum esse in vili & abiecto loco, morbo laborantem bilioso & ad extremam

mam egestatem redactum, damnum bestiarum fugam seruorum; proinde nec animalia neç seruos coemendos, falsos testes, medicum non consulendum, nec sumendum cathaticum, si maximè quinta & septima consentiunt, malum pro omnibus exceptis meretricibus, lenonibus, quos impudentes & ad suam artem aptissimos nunciat.

o

o o

o

o o

In Septima.

In Septima hostem publicum, malum, sed impotentem; in lite condemnationem, suspicatum furem furti conscium, fugitiuum non recuperaturum iri, nuptam ad adulteria inclinatam, malam instabilem, luxuriosam, litem cum suo domino, damnum in mercantia, damnum ab inimicis, fraudes & deceptiones à mulieribus, sodalibus, inimicis libidinem & fornicationem cum multis mulieribus, hominem tesseris & folliolis lusoriis multa perditurum, breui matrimonium consumpturum iri, sine notabili tamen vtriúsque vtilitate, Malum si pro bello quæratur, coniugem non multum diligere suum virum, imò cum aliis mœchari, puellam

lam non eſſe virginem, mulierem amiſſam non deinceps recuperandam, hominem in bellum profecturum, ſed ſine lucro reuerſurum, non inſignia in bello ſtratagemata fient, ſed quædam tantùm incurſiones; amicitiam fluxilem eſſe, & debilem ob infidelitatem amici; hominis induſtriam in peragendo malo maximam; furem non eſſe domi, ſed aufugiſſe; rem furto ablatam omninò eſſe amiſſam, ſine ſpe recuperationis; malum pro omnibus quæſtionibus exceptâ luxuria & lubricitate.

O

O O

O

O O

In Octaua.

In 8. ſign. In Octaua damnum ex morte, ſenſus amiſſionem; mortem ęgroti conſentientibus & non repugnantibus prima & decima; dãnum in pecuniis; rei furto ablatæ omnimodam amiſſionem; furti ſuſpicionem aut maleuolentiæ falſam, nullum progreſſum aut vtilitatem quocumque pergat, ſed fortè viatorem omnia amiſſurum, pauperes inimicos, dotis vxoris perditionem, rumorem de morte alicuius falſum nihilominùs illius mortem damnoſam, iter & peregrinationem damni & expẽſarum plenã; morbum breui

termi

terminatum iri; hæreditatis amissionẽ nullúmque ex alterius morte proficuum; hominem morbo Neapolitano aut simili morbo periclitari, qui lætalis est futurus; patrem præ fratre obiturum; nec coniugem nec amicam multas habere diuitias; hominem accusatum alium propter mulierem interfecisse; consiliarium mulieris & inimici malum, maláque consilia exhibere; timorem panicum solùm & sine effectu; mulieris cõuersationem malam; experimenta necromantica nisi propter venerem aut amorem fiant mala esse; amorem tamen infirmum & paruæ durationis futurum. Mala est hæc figura.

o

o o


o

o o

In nona.

In nona longam & sine iucunditate viã in regiones distantes; & cum profectu hominem beneficium Ecclesiasticum ad quod aspirat non obtenturum; meretricem; libros rithmis venereis & amissionibus refertos, vt & epistolas; rumorem verum; si sacerdos fiat is de quo quæritur, luxuriosum fore: scholasticum nullam literis operam, sed veneri duntaxat daturum; merces non ita va- *In 9. sign.*

lere, nec integras esse, sed annosas & viles: nauem secũdis impelli ventis, sed incurrere submersionis periculum.



In decima.

In 10. significat.

In decimà malos dominos, malos Reges, honoris & dignitatum amissionem, regnorum tribulationem: exitum ex dominatione alicuius, domus: *hæc si* producat, *illius* domini incarceratio- nem, si eiusdem afflictionem, va- riis tri- bulationibus, vulneribus aut sangui- nis effusione, non bonum ad Regem pergere, nihil enim obtinebit, à Venere omnia *suprà* dicta; rẽ furto esse sublatã: absq; vllâ recuperationis spe, nisi septima consentiat. matrẽ iratam, éque morbo si in illum incidat interituram, octauâ tamen consentiente, sicut nurum, amicitiam, & patruum & auunculum, pluuiam nullam, temporis serenitatem cum leui aura & calida, seruum à domino aut Rege non dilectum, malum pro negotiis, rebúsque domesticis, malum pro omnibus quæstionibus exceptâ principis alicuius aut reginæ amicitiâ & amore conciliando.

O
O O
O
O O

In vndecima.

In vndecima infortunium in re desideratâ, falsam spem, discordiam & cum amicis inimicitiam, eorúmque amissionem, labores incarcerato, damnum seu amissionem in mercantiâ, paucos imbres, amicos fictos & dissimulatos, plúsque inimico ipso nocturno infidos, malam fortunam, matrem & Regem pecuniarum inopiâ laborare, Regis ingressum malum, annum earum fructúsque paucos. Malum in omnibus exceptâ spe amoris meretricum &c. *In 11. significat.*

O
O O
O
O O

In duodecima.

In duodecima iter infortunatum, damnũ *In 12. significat.*

in animalibus; laborem, infirmitatem, ſolutionem debitorum, exitum è carcere, amicos falſos, deriſores, mutabiles; incarceratũ in carcere ægrotaturũ; equũ nõ emẽdũ, emptum tamen celerẽ eſſe; amiſsũ equũ nõ recuperatum iri; paupertatẽ; proditores domi eſſe; hominẽ afflictũ iri, & in exilium amãdatum; inimico non occurrendum illum vt occidas, viribus enim præualens te interficiet denique hîc ⁘ eſt peſſima.

o
o o
o
o o


In Decima tertia.

In 13. ſignificat. In decima tertia damnum ſeu mutationes in ſuperioritate, magiſtratu, aut gubernatione, infortunium, malámque fortunam; malũ pro iis de quibus in 10. domo agitur.

o
o o
o
o o

In decima quarta.


In decima quarta detrimentum, laborem, sumptus pro amicis. *In 14. significat.*



In decima quinta.


In decima quinta malum finem, furtum, destructionem, totalem rei amissionem. *In 15. significat.*

Lætitia.




In prima.

In prima vide suprà pag 73. *In 1. sign.*




In ſecunda.

In 2.ſign. In ſecunda ſignificat multitudinem bonorum licitè comparatorum; vitam fidelitatis & gaudij plenam, vtilem venditionem, ſpei exequitionem, iter citum & velox, optima eſt furtúmq; non re ipſa commiſſum, ſed animi recreandi gratia occultum latúmque eeſtituendum.




In Tertia.

In 3.ſign. In tertia ſignificat bonam fortunam in fratribns, nullum timorem Dei, bonum amorem fratrum, vicinorum, parentum, iter impeditum ab acquiſitione bonorum, quòd ſi ſuſcipiatur celeritatem indicat in eo ſine lucro, occurſurum inimicis viatorem, non accipienda dona miſſilia, ſed remittenda, ſomnium bonum, ſcholaſticum inuitum ad ſtudia ferri, pecuniâſque fruſtra conſumere, vicinos probos & amicos.



In quarta. *In 4. sign.*


In quarta vtilem hæreditatem domorum & prædiorũ, & aliorum immobilium paternorum, effectum desiderij in rebus iustis, occultis aut terrâ sepultis, lætum finem, lætitiam in omnibus, obsessam à Rege ciuitatem non expugnatam iri, gratia non obtinebitur nisi in damnum, seruitium inutile, bonum redire in patriam, occulta esse pretiosa, & inuentu facilia, furti successũ & recuperationem, sepulturam honorabilem, partem & auum bonos, domúmque perantiquam & nobilem stirpem, domum iucundam & amœnam, tum & prædia, & castellum, tam in situ loci, domus constructione, quàm loci ipsius ad voluptatem omnem apparatu, nẽpe viridariorum varietate &c. turrim esse altissimam, & albo colore incrustratam, fratrem aut sororem totas suas pecunias in deliciis & voluptatibus insumpturos, filium esse legitimum si consentiat quinta, partem non obiisse sed lætari & genialiter viuere, filióque priùs tamen moriturum, prædia non coëmenda, breui enim temporis spatio ab emptoribus possidenda, vrbem obsessam expugnandam, nauem ad optatum portum appulsuram lentè tamen & cum minimo ventorum auxilio, cum magna tamen lætitia & patroni vtilitate, seu domini eius, hominem non diutiùs in vrbe aut domo mansurum.



In Quinta.

In quinta profectum & vtilitatem ex liberis, lógam vitam, lætitiam in omni re; lætas ac iucundas literas, ac nuntia, lætitiam fæminarum; tranquillitaté in mari, viatoré cum gaudio reuersurum: prægnantem masculum editurum, qué magni honores laudatæque vitæ fama cómendabunt: induere vestimenta noua bonum: annum fertilem. Bonum in omnibus quæstionibus nisi quòd liberorum paucitatem indicat.

In 5. sign.




In Sexta.

In 6 signif.

In sexta seruos, bestias è morbo liberatas, lætitiam ex illis, & vtilitatem, ideóque coëmendos: morbum à causa frigidâ, vel nimiá mentis distractionem, sed sanitatis recuperationem, quærentis familiam benê valere.

Bonum

Bonũ in omnibus exceptis meretricibus lenonibus &c. malos enim & infidos indicat.




In Septima.

In ſeptima bonum matrimonium & fœlix; lucrum in ſocietate, victoriam ab inimicis per cauſam mulieris hilaris & caſtæ, pacem & concordiam maximè inter religioſos: in amoribus contrarietatem, inimicum viribus & malâ voluntate nocendi carere, litem laudabilem & optatum à quęrente exitum habiturum: furtum non cõmiſſum, fugitiuum rediturum. *In 7. ſign.*

Si quæratur quid faciat amaſia, in ſeptima denotat illam longiorem amantis abſentiam multis ſuſpiriis, lachrymíſque ob intenſum in ipſum amorem deflere: luſoré non lucraturum, pacem futuram extincto bello: pudicitiam coniugis aut amaſię, & intenſum earum erga maritum aut amaſium amorem: coniugem non adeò multas poſſidere facultates: mariti erga coniugem bonitatem & fidelitatem: rem furto ablatam recuperatam iri nec niſi animi recreandi


gratia fuisse sublatam, contractas & pactas recentes conditiones non diu duraturas: Mediocritatem in omnibus huius domus quæstionibus.



In Octaua.

In 8. sign.

In octaua proficuum & vtilitatem hæreditatum à mortuis, euasionem è pauore, vtilitatem & diuitias à coniuge, amicitiam, furem multa sublaturum, lucrum & honorem ciuitatem ingredienti, bonum etiam vrbe abscendenti, amissa aut furto ablata non recuperanda, rumorem de morte alicuius falsum, bonam & fœlicem mortem, ægrum morbo præsenti non interiturum. Bonum exceptis in quæstionibus necromanticis. nihil enim valet.



In nona.

In

In nona læta & vtilia itinera, vt & pietatis ergo susceptas peregrinationes lætas, timorem Dei, fidelitatem, scientiam, hilaritatem, hominem pium. Ecclesiastica negotia, artes subtiles, debita sine lite non persoluẽda, absentis & viatoris lætum reditum, veritatem somnij & vtilitatem, quæ sunt de reb⁹ lætis, venereis, amoenis. de viridariis &c. sacerdotem, qui tamen optatum non sit cõsequuturus beneficium, religiosos vtriúsque sex⁹ pios esse demonstrat. Bonũ initiis musicis & instrumentorũ notulis operam dare. *In 9. sign.*

o

o o

o o


o o

In decima.

In decima ad magnos honores exaltationem, ad Episcopatum, & prælaturam, officiũ lætum, pulchra tẽpla, à bono iudice bonã & æquã sententiam, locum calidum, Regẽ aut dominũ non ægrotare, medicum bonum. ipsiúsq; præscriptiones bonas quibus fidere possis, matrẽ, nurum, amitã, patruum, auunculum, valere, Regem suum seruum dilecturum, ipsisque bona, dominationes beneficia, officia &c. collaturum, personã ab aula expellendam non esse, Regem ad bellum non profecturum, sed de pace tractaturum, *In 10. significat.*

æquum

æquum & iuſtum à Rege aut domino aut iudice expectandum: lætum iter & gaudiis plenum Regem eſſe ſuſcepturum: tempus ſudum, ſerenum, pacatum, trãquillum pluuiis ventíſque carens: bonum ad principem aut Regem petendi alicuius muneris gratia proficiſci.



In vndecima.

In 11. ſignificat. In vndecima bonam fortunam maximè cum ſodalibus & amicis: & à filiis dignitates & officia amicorum cauſâ: bonam ſpem de bono homine & de promiſſo, hilares & bonos amicos: hominem prudentem, doctũ: mercatoris lucrum: bonum ab aliquo Magnate externo: amaſiæ erga amantem fidelitatem: amicum fidum & auxiliarem, ſecretum & probum: matrẽ & Regem pecunias paucas obtinere, eáſque tantum argẽteas & aureas: Regis ingreſſum bonum: annum fertilem & copioſum nec fructuum proinde vtilitatem. Bonum in reliquis.

o
o o
o o
o o

In duodecima.


In duodecima proficium & vtilitatem ex armentis & seruis: liberationem à seruitute & carcere, & ab omni genere tristitię & tribulationis : profectiones in partes dissitas, & post aliquod tempus regressum: pacem & reconciliationem amicorum, inimico vt eū spolies & debelles non occurrendum : terram colendam: fundósque vtiliter coëmendos & seruos & animalia magna : equum emendum, celerem & bonum esse : hominē sua nomina persoluturum, diuitémque futurum : *inimicum sine auxilio esse. Bonum* in aliis. *In 12. significat.*

o
o o
o o
o o

In decima tertia.

In decima tertia proficium & itinere, ex Rege aut pręlato Ecclesiastico, quando procedit *In 13. significat.*


cedit ex nona & decima, mutationem omnium bonorum, deſiderij complementum.



In decima quarta.


In 14. ſignficat. In decima quarta auxilium ab inimicis, proſperum boni deſiderij effectum, longam & beatam vitam, motum à loco diſſito, donum ex bono nuntio datum.

De Triſtitia.




In prima.

In 1. ſign. IN prima vide ſuprà pagina 73. & iudica ſecundum quæſtiones primæ domus pagina 83. malum in omnibus exceptâ emptione theſaurorum occultorum in terrâ.



In secunda.

In secunda difficultatem in faciendo lucro, mercaturam inutilem, paupertatem, miseriam, auaritiam, vsuram, & fœnerationem, malos honores, damnum in rebus mobilibus, substantiam multo labore, sudore, miseriâ, inuidiâ parabilem, bonorum â latronibus & prædonibus inuasiones. inuolationes, aut cum illis conuersationem, in itinere moras iniectas sine lucro, malum nisi in fortificationibus, ædificium tamen fabricandum non pulchrum, sed durabile demonstrat. *En 2. sign.*



In Tertia.

In tertia malũ cum fratribus & cognatis, odium tacitum cum vicinis, adulterium & incestũ, seu congressum cum cõsanguineis, *In 3. sign.*

rixas


rixas discordias cum parentibus; impedimentum in itinere secretum, & vel in ipso aut incarcerationem, aut occisionem, aut saltem magnæ ignominiæ notæ inustionem: fractionem legum: scholasticum in studiis non profecturum: parentum humilitatem, styrpis: infidum & malum hominem Ecclesiasticum: malum in aliis.

o o
o o
o o
o

In Quarta.

In 4. sign. In quarta amissionem hæreditatum, & in præliis: damnum domorum: tribulationem: malam domum: malam fortunam: filios captiuos & erga parētem inobedientes, damnum in frugibus ciuitatum, terrarúmque ruinam, inimicitias, rebellionem subditorū in suos dominos & gubernatores, occultorum inuestigationem & acquisitionem, obsessæ ciuitatis liberationem, ciuitatem veterem & fortem, ipsiúsque incolas sapientes esse, bonum plātare, & in subterraneas specus aliquid occultare, auum, proauum, & patrem malos esse, veterem esse & malè cōseruatam domum, palatium aut arcem seu castellum vetus esse, occultósque magnos thesauros continere, finem omnium quæstionum


ſtionum malum, exceptis illis quæ de emptione aut culturâ terrarum colendarum aut domorum in iis extinctione ſunt [illis enim Saturnus imperat.] Præterea pecunias & diuitias fratris aut ſororis occultas eſſe, patrem filio ſuperuicturum, filium legitimũ ſed à matre impudicâ prognatum, ſucceſſiones emptas ab emptore æternùm poſſidendas, domum incolentes in illâ diutiùs manſuros, (propter Saturnum tardum planetam huic figuræ imperantem) ſicut nauem poſt multos dies tandem venturam propter onus nimium. Mala eſt hæc figura propter Saturnum retrogradum.



In Quinta.


In quinta malos & pauperes liberos, triſtitiam cordis, anxietatem, mercaturam inutilem, ſculpta falſa, acquiſitorum amiſſionem, damnum fructuum, nullam conſolationem & lętitiam ex liberis qui erunt multi, falſas literas, ſecretum in amore mulierum triſtium, pauperes cibos & veſtimenta lacera, fœminam prægnantem (Catanus partum maſculum prædicit conſentiente decimâ (fœmellum partum edituram, idq; *In 5. ſign.*

cum mortis periculo, literas absentis, vltra mare existentis non sine responsione mittendas, literas tristes esse, & de vrbium obsidione &c. similibus sermonem facere, multitudinem liberorum.



In sexta.

In 6. sign. In sexta nouos seruos, timorem captiuitatis, & paupertatis, labores,, iniuriam, obiectionem, sine vulnere & confusione, longũ morbum aut mortem, dolorem capitis, incarcerationem, domum quærentis & familiam malè esse, nullum lucrum in comparandis animalibus paruis, seruos infidos, malos, pigros, valetudinarios, ægri mortem consentiente octaua, malum medicum & medicamenta noxia. Malum pro omnibus aliis, exceptis lenonibus & meretricibus, quæ suas artes ad optatum deducent finẽ.



In septima.

In septima malam mulierem & inhonestam, coniugium iniquum, rixas inter amicos, malignos, proditores, latrones, nocturnos prędones, damnum mulieris absentis, adulterium, timorem amittēdæ litis pro quærente, abesse & inueniri non posse latronem nec fugitiuum, lusorem lucraturū, sed per fraudem, puellæ virginitatem, amasiam & vxorem, suum & amasium, & coniugem diligere, rem furto ablatam, & latronem domi latere, amicitiam fictam inter duos, rei communicatæ suppressionem & silentium. *In 7. signo*



In Octaua.


In 8. sign. In octaua pauperiem ab alterius morte, timorem, fastidium, mortem desperatione, lucrum ab infirmo & ægro, furoré & animi malignitates, damnum in natione aliena & ab absente, in bellum proficiscentem interitum, famam de alicuius morte veram. Solis necromanticis quæstionibus bonum.

o o
o o
o o
o

In nona.

In 9. sign. In nona morbum, statúsque mutationem, hominem infidum, ignarum, ruinam Ecclesiæ & beneficiorum, rumoris de rebus lætis falsitatem, de rebus verò aduersis veritaté, lucrum in animalibus, lentum, fastidiosum, longúmq; iter, & sine progressu cum multis etiam impedimentis, doctrinam solam largitur de rebus occultis, nuntium in itinere retentum iri, periclitari nauem de submissione aut inuasione hostili. Malum pro omnibus exceptis magicis quibus valet.

In



In decima.

In decima damnum honoris, dignitatum, & imperij deiectionem, mali verò & humilis ad illos promotionem ſeu exaltationem, timorē Regū & dominorū, falsā iudicis ſētentiā malū adire Regē ad petendā iuſtitiā, ducem in bello non præliaturum ſed reuerſurum, dominiū aliquod ſeu imperium affectantem non obtenturum, quod ſi aſſequatur minorem tamen hinc ad eum laudem redundaturam, malum pro medico & pro ſumendo cathartico, rem amiſſam nullo modo recuperatáiri, matrem malā, à Rege aut domino virū nō amatum, ſi Rex ęgrotet, eum moriturum, illum in Pontificialis aut imperatoriæ dignitatis faſtigium non aſcenſurum de quo quæritur; niſi aut fraude, aut vi, aut electorum & aliorum quorū opus eſt ſuffragiis aut per munera, corruptione aulicum ab aula regia non diſceſſurū, ſed diutiùs in ea cū multis anxietatibus & mœroribus manſurum; proditionem in Regem, ſuſceptum iter lentum longúmque futurum, aëris obſcuritatem & tempus melancholicum. Malum pro omnibus exceptâ In 10. ſignificat.

culturâ agrorum,emptione prędiorum,vallis & muris, aut fortificatione, aut propugnaculis, augenda aa munienda ciuitate, cõmirtendísq; in eius custodiam militibus, aut terrâ defossis thesauris quibus valet.



In vndecima.


In 11. significat. In vndecima amicos varios, mutabiles, pauperes,contemptores, & *malæ* voluntatis,desiderium infortunatum,maximè vnde aliquid speratur, spem ambiguam, malam fortunam quærenti diutiùs cum nonnulla tamen spe duraturam, contentiones cum inimicis, Regum iniustitiam, imò *iustitiam* petere vanum, multas aquas,frumenti inopiam, mercaturæ profectum. Malum pro omnibus necromanticis quæstionibus.



In duodecima.


In

In duodecima debita, multos inimicos, damnum, timorem inimicorum, seruorum amißionem, & armentorum, longam incarcerationem, aut mortem in carcere, timorē de obligationibus & debitis, longum & incurabilem morbum. Malum denique pro omnibus exceptis necromanticis quæstionibus & pro thesaurorum occultorum inuestigatione. *In 12. significat.*




In Decima tertia.

In decima tertia mutationem itinerum, damnum à dominis & à iudice, bonorúmque propter ipsos amißionem, Regis inimicitias & nauigantium. *In 13. significat.*



In decima quarta.


In 14. significat. In decima quarta laborem damnosum, malam fortnnam, infœlicem vitam, infortunium ab inimicis, charitatem & fructuũ paucitatem, spem inutilem promissi à fratribus aut consiliariis Regiis, malam sectam.



In decima quinta.

In 15. significat. In decima quinta pessima est significa. malum semper exceptis rebus stabilibus & pluuiâ.

De capite Draconis.



In prima.

In 1. sign. In prima vide suprà suo loco pagina 96. est bona in omnibus quæstionibus excepto bello, prælia enim & mortem significat, matri

matrimonium bonum cum aliquâ tarditate, pacem lucrúmque significat. Denique optima pro omnibus quęstionibus construendis ædibus & arationi.

o o
o
o
o

In secunda.

In secunda lucrum in mercantia, diuitias, bonam fortunam, omnium bonorum secretam acquisitionem; meliorem emptione vẽditionem, amissæ rei recuperationem, bonum pro culturâ & satione terræ, seminum iactu, ædificatione, iter tardum & lõgum cum lucro. *In 2. sign.*

o o
o
o
o

In tertia.

In tertia bonam fortunam à parentibus, fratribus, vicinis, sociis, loca amœna, salubria, viridaria &c. leges bonas, somnia vera, Dei timoré, itineris pro aliquo bono retardationem, res occultas esse pretiosas, sepul- *In 3. sign.*

curam bonam, amicum venisse aut breui venturum, vicinos bonos & amicos, scholasticum studiosum & diligentem, Ecclesiasticum probum. Bonum pro omnibus huius domus quæstionibus amicitiam enim amorem & parentum nobilitatem significat.

o o
o
o
o

In 4. sign.


In Quarta.

In quarta bonam hæreditatem, ædificia, ciuitates, bonum exitum sperati è quæstione, hæreditatem à parentibus, vineas, possessiones, & immobilia, vrbem obsessam non expugnatam iri, propter incolarum animum & fortitudinem, bonum foras exire & plãtare, recuperationem rerum occultarum furto sublatarum, & desperatarum, filium esse legitimum, nauem adoptatum portum fœliciter aduenturam, hominem diutiùs in vrbe mansurum. Malum pro bello.

o o
o
o
o

In Quinta.

In quinta ſcientiam, bonos liberos & amabiles, lucrum & auxilium ab illis; gaudium, literas ſecretas, fœminas grauidas, honeſtas, contentum hominem amore fœminæ, bonum amorem, aduentum bonarum literarum aut amici cum bona fama, & re deſiderata, grauidam maſculum ſine mortis periculo parituram, bonum nauigare, cibum potúmque profuturos, promiſſi exequutionem, nũtium ſeriùs, cum bonis tamẽ nuntiis venturum, literas de amore aut diuitiis differentes. Bonum pro amaſiis, pro luxuria, & recreatione, caſtellum non obſeſſum; filium eſſe legitimum, nec obiiſſe, ſed breui venturum, multos prædones aut latrones diuagari, bonũ emere & indui veſtes nouas, annum fertilem & copioſis fructibus abundantem, paucos filios ſed bonos & doctos: In 5. ſign.



In Sexta.

In 6. sign. In 6. proficuũ in re omni, seruos discretos, secretos, longum morbũ, & melancholicũ, longam febrem, & consentiente octaua mortem, familiæ quærentis sanitatem, bonum emere captiuos, & animalia parua & oues &c. medicum probum, bonum medicari. Bonum pro omnibus exceptis lenonibus & meretricibus pro quibus mala est.

o o
o
o
o

In Septima.

In 7. sign. In septima perfectum matrimonium, coniugem & mulierem honorabilem & castam, mulierem fugitiuam reuersuram, in bellum proficiscentem victoriam reportaturum, stabilitatem in amore & amicitiâ, inimicos subtiles & fortes, pacis tamen amantes, bonam mutationem, lucrum in


mer

mercantiâ, malum, pro exitu, lucrum in societate & propter mulieres, rei ablatæ furto restitutionem litis â quærente reportationẽ, nullos diuagari latrones, amasium intensiùs amare, sed sine fruitionis spe, puellam esse virginem, virum ab vxore maximè dilectũ, eúmque esse diuitem, bene à suo viro & humaniter coniugem tractatam iri, nullum bellum imò pacem futuram, mulierem masculo prægnantem esse.

o o
o
o
o

In octaua.

In octaua à nobili muliere hæreditatem, totius rei furto ablatæ restitutionem, ídque propter vicinum, quamuis eum ipsa fur abiecit, mortis famam veram, cauendum sibi àmalo faciendo, lucrum ex bello, periculum Magnati aut principi, receptionem pecuniarum de morte, morbum longum, sed non lethalem, incarceratum à carcete omninò solutum iri, sed non sine magnis expensis, hæreditatem debellato litigante ad virum accessuram, hominem sine timore, consiliarium probum, patrem diu victurum, exterum in suis peregrinationibus lucraturum. Bonum in omnibus quæstionibus. *In 8 sign.*



In nona.

In 9. sign. In nona dignitatem Ecclesiasticam inter sacerdotes, religiosos, mobiles, iter lucratiuum, ingenium, scientiam, viatoris breuem reditum, debita sine litibus non soluenda, dilationem & coniunctionem cum absente, bona somnia & vera, scholasticum doctum euasurum, diuitias multas, nauem ad optatum portum cum diuitiis appulsuram, litis, in bonum quærentis terminum optatum.




In decima.

In 10. significat. In decima Regem dominationem, Magistratum nobilitatem, diuitias cum honore, maximè in aulâ regiâ, Regem in bellú proficiscentem cum victoria rediturum, bonú iudicium, amissi recuperationem, medicum probum, bonum medicari, matrem probam


& ama

& amasiá, iusiurandum bonú & obseruádú, pro dignitate beneficio dominatione & amicitiâ &c. ab aliquo obtinenda, illius facilem consequutionem, in bellum nõ prodeundú, iustitiam & æquitatem à Rege expectãdas, aëris salubritatem & serenitaté sine pluuiis, bonum pro pace & omnibus quæstionibus.



In vndecima.

In vndecima bonam fortunam, lætitiam, bonos amicos & fideles, spei cõplementum, diuitias, dignitatú cõtinuationé, exaltationé à Principibus, pacem inter homines, fruméti copiam & annum feracem, bonam famã, rem promissam nõ sine labore consequédã, Regis & matris diuitias multas, & furtis nõ subiectas. Bonú pro omnibus maximè Eccl. *In 11. significat.*




In duodecima.

In

In 12 significat.

In duodecima seruitutem, dispositionem & principinm laborum, falsitates & insidias incarcerato, eiúsque tardam liberationem, bonum seruos & armenta comparare, paupertatem, bonas literas, hæreditatem maternam, honorem mulieris causâ, paucos & debiles inimicos, illum de quo quæritur in carcerem non missurum iri, lucrum in agriculturâ, prędiorum & armentorum emptione, & ex seruis, equi emendi promptitudinem & velocitatem, rem aut equum amissum recuperaturum iri, debita omnia persoluenda, nullum inimico futurum auxilium. Bonum in omnibus quæstionibus exceptis igneis operibus.



In decima tertia.

In decima tertia absentis reditum cum lucro, odiũ per magnates & nobiles, literas venturas, auxilium & sperati cõsequutionẽ,

In 13. significat.



In decima quarta.

In decima quarta bonam fortunam in principio, sed processum tardum & lentum, speratæ rei cum tarditate quidem cõsequutionem, longam vitam cum honore. *In 14. significat.*

De Cauda Draconis.

o

o

o

o o

In prima.

IN prima malam acquisitionem, paupertatem, malam viam, vexationem, iracundiam, nullam spei acquisitionem, hominem pessimum & iracundũ. Hæc si in prima inueniatur frangendum schema & aliud incipiendum vt dictum est suprà aphor. 8. pag: 6. valet tantum ad destructiones, deprædationes, combustiones, euersiones, ereptiones, proditiones &c. timorem mortis pro quærente. *In 1. sign.*



In secunda.

In 2. sign. In secunda furto ablata & cum violentia, in omni re infortunium, rem amissam non recuperaturam, meliorem emptione venditionem, bona malè parta, damnum & iacturam bonorum, prædiorum & hæreditatum venditionem, pecuniæq; iacturá, fabros ferrarios omnis generis in societaté venturos.



In tertia.

In 3. sign. In tertia furtum, inimicitiam cum vicinis & parentibus, sociis & proditionem ab iis, legum corruptionem & fractionem, falsa & mala somnia, fratrem malum, latrones & prædones in viis, scholasticum negligentem, literísque nullis aut scientiis sed necromantię vacantem, vicinam malam & fugiendam, murmurationes veras.

In

o
o
o
o o

In Quarta.

In quarta hęreditatem amissam, vestimēta mala, separationem & discessum bonum malam plantationem & culturam, occulta esse pretiosa, incarcerati fugam, malam domum, rei occultæ & secretæ declarationē, spem mortuam, mortui spoliationem, ciuitatis fortis destructionem, litis lucrum & victoriam cum multo tamen labore & tristitia, nuntium breui venturum, ægrum sanatum iri consentiente tamen sexta, bonam sationem, vrbis obsessę expugnationem proditione quadam interna incolarum, eámq; igne & ferro deleturam iri, quamuis illi qui cum proditoribus non steterunt ad extremam vitæ periodum validè & generosè pugnauerint, fratrem sororémque pecuniis carcerei patrem aut mortuum aut breui moriturum, filiosque priùs discessurum, filium nothum esse aut spurium, terras emendas bonas esse, laudabilisque prouentus, sed cum multis litibus coëmendas, tandémque quietè ab emptore possidendas, nauē veniētem cum maximo & valido vento vēturam, *In 4. sign.*

non sine periculo capturæ & combustionis, ignem cuniculis admouendum.

o
o
o
o o

In Quinta.

In 5. sing.

In quinta à malis detrimentum, malum per inimicos, malos nuntios malas literas, malos liberos, tristitiam cordis vexationem & iram, dubium ne infans in vtero pereat, aut mulier abortum patiatur masculo, nullos amores nec oscula, sed rixas & contentiones pro fœmina, dolorem vteri & hemorrhagiam, tempestatem in mari, impręgnationis rumorem falsum, filios prauos, iniquos, malæ vitæ, à quibus pater multa passurus sit, mala morte perituros, aut suspensione, aut exilio, tabellarium breui venturum, maláque nuntia allaturum, de bello & proditione, promissum non obseruaturum iri, malum pro amasio, amasia pro gaudio nisi bellico, malam domus habitationẽ, combustionem enim eius aut demolitionẽ portendit; castellum oppressum expugnandũm iri, multos diuagari prædones, filium obiisse aut incarceratum esse, & esse spuriũ, vestimenta noua non emenda nec induenda, annum granorum & frumenti feracem, sed

ſed paucorum fructuum, libros & ſcripta bellica tractare, réſque odioſas & triſtes, paucos liberos eóſque fabros ferrarios & malos Vulcaneos, malum in omnibus.

o
o
o
o o

In Sexta.

In ſexta mortem, infirmitatem, malas beſtias, & ſeruos non emendos, animalia furto auferenda, aut à lupis deuoranda, quærentis familiæ paupertatem extremam, infirmum morbo leuatum iri, ſi maximè teſtes conſentiant, alioquin mortalem morbum febrē ardentem & conſentiente octaua læthalem, medicum malum & medicamentum, ſeruorum fugam. Malum pro omnibus exceptis lenonibus & meretricibus pro quibus valet. *In 6. ſign.*

o
o
o
o o

In Septima.

In ſeptima malam fœminam,& furtiuam meretricem,latrocinium, malam ſocietatẽ, fœminam rixoſam,luxurioſam, malum pro mercantiâ & itinere,& nuntiis, vile matrimonium vxorémque à coniuge reliquendam ſtatim poſt nuptias,ſic & amaſiam,mulierem fugitiuam reuerſuram,infidelitatem, proditionem , inimicitias , occiſionem per proditionem, litis à quærente amiſſionem. Sola bona eſt pro rebus bellicis & cuniculorum incendio.

o

o

o

o o

In octaua.

In 8. ſign. In octaua timorem mortis per mulieres, bonorum,patrimonij, hæreditatis perditionem,ἄνοιαν ſeu mentis deiectionem, latronẽ adoptatum effectum ſuam intentionem nõ recuperaturam iri,damnum in regione alienâ pauorem, deſperationem, proditionem, famam de alicuius morte veriſſimam,mortem terribilem, vituperoſam, & violentam, exitum è carcere & infirmitate, effuſionem ſanguinis liberationem à morbo conſentiẽte teſtibus & iudice,renuentibus verò mortem,nullam hæredis ſucceſſionem , de homicidio accuſatum illud perpetraſſe,coniu-

gis

gis consiliarium ipsius vtilitati & honori non consulere. Solis necromanticis bonum.

o
o
o
o o

In nona.

In nona viam, egressum ex alto loco domini, malum iter & lachrymosum si duplicet est malum signum proditionis, verberum, & vulnerum in via, malum somnium, malum Ecclesiæ & pro Ecclesiasticis, artes & scientias inutiles, & sine lucro, legum & religionis violationem, exitum & fugam timore mali, durabile dominium, spem infirmam, debita sine litibus non recuperanda, falsam religionem, indicium, nuntium. *gn 9. sign*

In

o
o
o
o o

In decima.

In 10. significat. In decima dominanti interturbationem & exitum è dono, bonorum & facultatũ destructionem, ducem victorem ab inimicis sed tamen fugitiuum, à Rege dominium aut aliam rem expetentem obtenturum, potestate priuatum eam non recuperaturum, pro omnibus decimæ domus, eósque omnes malos, malum pro omnibus excepto bello, cuniculisque & ignibus missilibus, aut chymicis.

o
o
o
o o

In vndecima.


In 11. significat. In vndecima inimicos pro amicis habitos, amicos luxuriosos, malos, proditores, mendaces, malam fortunam, damnum in mercantiâ, proditores milites, violentiam ducibus, mortem domini, iniquam successionem

sionem, subditorum rebellionem, spem fallacem, promissa inutilia & sine fructu, annum sterilem, frumenti inopiam, extremam caritatem & egestatem, pecuniarum regiarum & maternarum per fures ablationem, socij infidelitatem & loquacitatem nociuã; solis igneis operibus bonum.

o
o
o
o o


In duodecima.

In duodecima significat propter debita mala, dolores, angustias tribulationes, consentientibus testibus & iudice, aut exitum ab illis eorum consensu, famam alicuius patrati facinoris falsam, mortem ægro, damnũ bestiarum, exitum è carcere si decima tertia decima quarta & decima quinta, consentiant, equum emendum næuis plenum, rem amissam non recuperandam, hominem debita persoluere nolentem, in paupertatéque tandem moriturum. Malum omnibus. *In 12. significat.*



In Decima tertia.

In 13. significat. In decima tertia significat malum recuperationem amissi, mutationem & proditionem in itineribus, iram periculosam, lites petitori & malam fortunam, odium magnatum & nobilium, absentem non rediturum, iter infaustum illis qui in decima domo sunt.




In decima quarta.

In 14. significat. In decima quarta significat amicorum inimicitiam tam in emptione quàm venditione.

In

De Albo.




In prima.

IN prima voluntatis complementum, lucrum in re ablatâ, desiderij finem cõpletum cum vtilitate, bonam fortunam cũ successu in negotiis, progressum in omnibus rebus albis & aquaticis &c. vide suprà *In 1. sign.*



In secunda.

In secunda pecunias multas, donorum receptionem, lucrum in omnibus monetã, promissi receptionem, bonum ingenium, bona ingenia cum tarditate bonum in omnibus. *In 2. sign.*



In Tertia.


In 3. sign. In tertia complementum deſiderij, bonos fratres, cognatos, parentes vicinos, bonã fidem, viatorem à latronibus fortè ſpoliatum iri, bona nuntia ex literis allatis, ſcholaſticum in doctum virum euaſurum. Bonũ omnibus quæſtionibus.



In quarta.


in 4. sign. In quarta ſignificat vilem à parte hæreditatem, irer per aquas & flumina & locos aquoſos cum lucro multitudinẽ aquarum, terráſque & hortos rigatos, bonum induere veſtes nouas, terram colere, & medicari, res occultas, ſcripturas & libros, prædialum vtilitate emenda, vrbem aut caſtellum obſeſſum non expugnatum iri, theſauros occultos, eſſe pecunias argenteas, patrem viuere,

uere, & filio diuturniorem vitam ducturú, cõsentiente quinta, filium esse legitimum. nauem ad optatum portum tandem cum diuitiis appulsuram, bonum denique in omnibus rebus albis, & in omnibus huius domus quæstionibus, bello excepto, pacem enim significat.




In Quinta.

In quinta bonos liberos & multos, bona nuntia & noua, literas lætitia plenas, tempestatem in mari, deceptionem sapientis, mulierem masculum enixuram, sine vllo mortis periculo, oscula & amplexus dominę vel amasiæ, non autem meretricis, nuntia læta, & literas intra triduum accipiendas, bonum manere in domo illâ, & cœnare in horto, castellum non obsessum, quód si obsideatur non expugnatum iri, nullos in itinere prædones, filium non obiisse, & esse legitimum, annum fertilem, vestimenta noua & maximè alba vtiliter emenda. *In 5. sign.*



In sexta.

In 6. sign. In sexta significat magnum & chronicũ morbum, & consentientibus angulis & octaua mortalem, & luctuosum, lachrymas, vtilitatem à seruis & animalibus minoribus, maximè albis, medicum consulendum & medicinam vtiliter sumendam pro morbo phlegmatico.



In septima.

In 7. sign. In septima bonam fœminam, pacificam, & castam, matrimonium per epistolas tractatum iri, & bonitatem vtriúsque erga se inuicem, vtilitatem & diuitias à muliere, & earum causa, vti & in mercatura, in bellum proficiscentem victoriam reportaturum fugitiuum reuersum iri, inimicum pacificum nec inimici mortem aut incommoda spectantem

ctantem, nullum in domo furem, bonum pro quærente, litis exitum, mulierem aut amicam, amissas recuperaturum iri, mulierem prægnantem esse, & lac in mammillis habere, & diuitem esse, puellam verò virginem, nullum bellum, denique amasium quærentis prædiuitem & illustris generis.

o o
o o
o
o o

In Octaua.

In octaua mortalitatem, valetudinarium statum, morbúmque è fluxionibus & catharris, vel arthriticum, & consentientibus aliis sanabilem, lucrum in natione alienâ, furtum recuperaturum iri, lachrymas & luctus mortuorum causa, criminis & homicidij imputationem falsam, mortem tamen violentam, & ex veneno, mulierem diuitē, consiliarium vxoris & inimici probum, bonáque & vtilia consulentem, aquæ copiam & pluuias, bonum denique in omnibus exceptis necromanticis in quibus nihil valet. *In 8. sign.*

o o
o o
o
o o

In nona.

In 9. sign.

In nona iter & peregrinationem lucrosã, ſed tardiorem, & importunam ob pluuias faſtidioſas, bona nuntia ex partibus longinquis, hominem literatum & ſapientem, fidelem, Eccleſiaſticum, ſcholaſticum diligẽtem, ſomnium bonum & verum, debita omninò perſoluenda abſentémque redituꝝ breui cum lætitia. Denique ſemper in nona ſignificat adeſſe tabellarium literas afferentem:


o o
o o
o
o o

In 10. ſignificat.

In decima.


In decima gaudium, ſanitatem, bonam fortunam, maximè à Regibus & Principibus, à quibus plurima dona quærens eſt accepturus, bonam à iudice ſententiam, proficuum à matre, ægrotum breui conualiturũ, medicum

medicum probum, medicamentum vtile, Regem valere & diutiùs in regno cum valetudine & pace mansurum, iúsque vtrique redditurum, illum de quo quæritur ad Regni aut Imperij aut Pontificatus fastigiũ elatum iri, iter tardius & bonum aërem sanum, sed cum pluuiis lenibus, matrem, auunculum, amitam, & scholasticum multum profecturos, si ad duodecimam aut octauam percurrat, inimicos Regis multos & validos ostendit bonum in aliis quæstionibus.




In vndecima.

In vndecima bonam fortunam, profiliũ, & bonis amicis & fidelibus, & in mercaturâ, finem optatum & desiderij complementum, pacem & amorem, annum fertilem, pluuias multas, pecunias Regis & matris copiosas, furtóque nulli subditas, promissũ optatum finem habiturum, bonum in omnibus, & maximè pro amicis, seruis, ancillis, puerísque in scholam mittendis. *In 11. significat.*



In duodecima.


In 12. significat. In duodecima debita persoluenda, exitũ è carcere, sed post longum tempus, mediante pecuniâ, debiles inimicos, pacémque petentes, & aggrediendos, fornicationem quã lachrymæ & suspiria sunt excipienda, animalia grandia, seu armenta cum vtilitate emenda, vt & prædia, & hæreditates, & seruos, bonam terræ culturam, equum emendũ bonum, velocem, & citum esse, equum aut rem aliam amissam recuperaturum iri. Bonum in aliis.



In Decimatertia.

In 13. significat. In decima tertia iter & loci mutationem vtilem bonum ab aliquo nobili.


In



In decima quarta.


In 14. auxilium ab inimicis,& euasionem ab inimiciis,spem cum lætitiâ à re speratâ. *In 14. significat.*

De Rubeo.




In prima.

IN prima fraudes, deceptiones, proditiones,bella,crudelitatem,sanguinis effusiones,& omnis generis mala,ignem & res rubeas,furtum , violentam mortem , denique omnis generis malú. Vnde apud Ægyptios & multos ex latinis, tantæ infœlicitatis hæc figura habita fuit,vt quoties contingeret in prima domo totum schema statim frangendum & punctorum proiectionem denuò incipiendam esse propter incertitudinem asseterent. Vt Catanus propriâ ductus experientiâ comprobauit. *In 1. sign.*



In secunda.


In 2. sign. In secunda significat furtum, & ablationem diuitiarum, maximè auri & rei rubræ, paupertatem, homicidia, laborem in mercatura sine vtilitate, socios & comites itineris fures, prædones, homicidas, & huiusmodi generis homines esse, malum denique in omnibus.



In Tertia.


In 3. sign. In tertia rixas & iracundiam inter vicinos, & cum parentibus, iter & peregrinationem nocturnam nociuam, homicidium & sanguinis effusionem, vtilem phlebotomiã, somnia mala itineráque breuia suspecta, & mala, gratiam à Principe expostulantem non obtenturum.

In



In Quarta.

In quarta patris occisionem, damnum hæreditatis & patrimonij, vt fortè insignem conflagrationem, castellorum inuasiones & expugnationes, medicamenta & clysteres malos, denique omne martiale malum, aëris siccitatem & ardorem, annum sterilem & frugum inopiam, terras tamen vtiliter serendas, eò quòd semina ad ignis elementum cuius hæc est figura referuntur, thesauros occultos paucos, & ferrum solum latere, pecuniis fratrem & sororem omninò carere, insigniterque pauperes esse, filium spurium, & illegitimum esse, nauem in mari expugnatam & conflagratam iri, malum denique in omnibus, exceptis ignis admotionibus ad omnes machinas & cuniculos effossos. In 4. sign.



In Quinta.

In 5. ſign. In quinta malos liberos & peruerſos, bilioſos, rufos, ſtudiis vanis incumbentes, & paucos, prægnátem maſculū edituram poſt multos tamen & graues dolores, & pericula, eúmque non vitalem, phlebotomiam vtilem, tranquillitatem in mari & piratarum inuaſionem, mala nūntia, & malas literas de rebus rubris & bellicis & igneis mentionem facientes, malum denique in omnibus.

o o
o
o o
o o


In ſexta.

In 6. ſign. In ſexta magnum & Chronicum morbū & conſentientibus angulis & octaua mortalem, & luctuoſum, lachrymas, malum à ſeruis & animalibus minoribus, maximè rubeis, morbum bilioſum aut ſanguineum, febres ardentes, morbóſque ex ſanguinis calefactione, & copia, & apoſthemata, morſum canum rabidorum, iniurias, homines armatos.




In septima.

In septima lites,bella,nuptias malas,malam fœminam,iracundam, rixosam, contumeliosam,fornicationem,& ex ea matrimonium,mulierem denique meretricem & inhonestam,inimicum impotentnm, & quærentis domos & possessiones incendio & combustione datâ occasione dissipare conantem, amissionem litis pro quærente, à multisque latronibus rem ablatam, fugitiuum non reuersurum, & cum coniuge rixas viro futuras, & ex iis separationem, mulierísque fornicationem, rixas & iurgia in ludo,damna in bello sine progressu, puellam virginem sed pauperem,amasiam leui amore imò & nullo amasium prosequi, suo dãno hominem ad bellum iturum, quia in igneis artibus tantummodò versatur, amicitiam fictam & dissimulatam. Malum denique in omnibus exceptis malis propositionibus& igneis expeditionibus & bellicis. *In 7. sign.*



In octaua.

In 8. sign. In octaua ægri mortem cæteris consentientibus, mortem violentam ex igne, ferro, aut fustibus, famam malam, damnum per vim & effusionem sanguinis, vt & viatoribus & absentibus omnis generis impedimentum, hæreditatis priuationem per furtum, rumorem de mortuo verum, & de sano & valente falsum, incarceratum ferro, igne, aut veneno periturum, vxoris paupertatem, illiúsque vt & inimici consiliarium improbum, pro nugis necromanticis dubium malum, & aliis huius domus quæstionibus.



In nona.


In 9 sig. In nona malum pro omnibus quæstionibus, exceptis deprædationibus, furtis, latrociniis, homicidiis omnibus, & maximè via-

toribus contingendis, quas adiuuat, malam enim ſcientiam, violentiam in Eccleſia, exitum ex beneficiis, mendacium, malas vias, in iiſque ebrioſos & latrones, legum corruptiones, & religionis ſignificat, vt & inſomniorum falſitatem.

o o
o
o o
o o

In decima.

In decima malum, & in omnibus ſanguinis effuſionem, iracundiam, vulnerationes, rixas, quærelas, iurgia, proditiones, res triſtes, &c. maximè iis qui ſunt in decima domo, Regem tamen initio belli victorem, (dúmodò ſibi ab exitu malo caueat) euaſurum; poſt multam ſanguinis profuſionem, & maximam ſui vigoris probationem, peſſimum denique exitum à iudicibus, principibus, Regibus & omnibus aliis ad decimam pertinentibus, tyrannidémque publicam, denique malum vt dictum eſt pro omnibus exceptis amoribus inhoneſtis, emendiſque omnibus bellicis inſtrumentis. *In 10. ſignificat.*



In vndecima.

In 11. significat.

In vndecima infortunium quærenti, spē malam, malósque & fictos amicos, angustias, dolores, variásque infirmitates, annum sterilem, & æstatem sicciorem, frumenti inopiam, matrem & Regem paucis abundare pecuniis, eásque fortè furto amittendis. Malum denique pro omnibus quæstionibus excepta phlebotomia, & cucurbitarum applicatione, pro quibus valet.

o o
o
o o
o o

In duodecima.

In 12. significat.

In duodecima inimicos multos, fortes, armigeros, fabrilem artem, & igneam exercentes, aliquâ corporis maculâ aut membri deffectu insignes, insignem deniq; paupertatem aut damnum seu in mercaturâ, seu in aliâ quàuis artę quam magno cum labore

exer

exercebit, maximè in venditione armentorum, incarcerati damnum, & ferè condemnationem ad mortem violentam, eiusque ni faueant alia occisionem consentientibus alioquin vndecima & decima euasionem post longam tamen inearcerationem, amicos ad extremam egestatem redactos. Malum denique in omnibus eius domus quæstionibus.

o o
o
o o
o o

In decima tertia.


In decima tertia damuum magnatum, & principum in itinetibus propriis, nobilium odium & infortunium, in desideriis exitum propter ægritudinem & negotia. *In 13. significant.*

o o
o
o o
o o

In decima quarta.


In decima quarta laborem inutilem, nūtia mala, odium inferiorum, latrones iniquos, itinera periculosa. *In sign. 6. In 14. si[gnificat]*

De Puella.



In prima.

In 1. sign. IN prima, gaudium, lætitiam, cantus, hilaritatem, nuptias, musicam, & mulierum consortium, amatorem bene indutum, hortorum amantem, pro *rebus iucundis* & venereis bonum, latronem tamen & proditionem & pacem significat.



In secunda.

In 2. sign. In secunda lucrum propter fœminas, bonam mercaturam, & fortunatum desideriũ, rem initiò difficilem, bonum tamen exitum habentem, mulierem fidam & virginem, pecunias argenteas, iter bonum cum aliquo tamen impedimento, pacem & debitorum recuperationem.

o

o o

o

o

In Tertia.

In tertia bonam & ſynceram amicitiam inter parentes, vicinos, & fratres, vtilitatem ab iis & hilaritatem, bonum iter, bonum item ſomnium, amicos valere, parentes, & vicinos, mulierem pro re venerea inexorabilem, ſcholaſticum ſtudioſum & amatoré, conſanguinitatem in matrimoniis. *In 3. ſign.*

o

o o

o

o

In quarta.


In quarta nullam hæreditatem ex parentum incuria, domum iucundam & pulchrá, arcanorum occultationem, caſtellum non expugnatum iri, ſed multa bella pro illo, lęta nuntia, nullos theſauros præter de rebus bellicis, promiſſi aut ſperati recuſationem, multam aquam, fratrem & ſororèm paucas obtinere diuitias, quamuis plures videantur poſſidere *In 4. ſign.*

possidere, patrem viuum, diutiúsque consentiente octaua victurum, filióque diutiùs, mediocritatem pro emendis prædiis, secundo flatu agitari nauem, optato tandem portu fruituram, itinera longiora pro itinerantibus. Bonum medicari.

o
o o
o
o

In quinta.

In 5. sign. In quinta gaudium, bonos liberos, & ab iis lætitiam, bona nuntia sed tardiora, & venerea, nouas literas, delectationes & delitias cum mulieribus, musicam, famam prægnantis veram masculum aut fœminam malæ naturę, & astutum parituram, consentientibus tamen angulis, amicam fornicariã, grauem angustiam, promissum obseruandum, filium spurium, nullos in itinere prædones, castellum non obsessum, bonum emere vestimenta noua, annum ferrilem, bonum osculari, lætari, canere & saltare, musicis instrumentis psallere, librósque & literas de eiusmodi materiâ allatas tractare, paucos liberos sed pulchros.



In sexta.


In sexta bonum pro seruis & aucillis, morbum longum & periculosum, pictuitosum & venereum, curabilem tamen, vtilitatem in emptione animalium, paruulorum, bonum pro meretricibus, fornicatione, & lasciuiâ. In 6. sign.



In Septima.


In septima malas fœminas, stultas, lasciuas, & fornicarias, malam societatem, matrimonium contentiosum, inimicum facilem & reconciliabilem, laudabilem litis exitum, nihil furto sublatum, fugitiuum reuersurum, amasiam bono & feruenti amore amantem, mulierem & amasiam amissas reuersuras, mulierem meretricem, ex illóque adultero plerúmque grauidam. In 7. sign.

In




In octaua.

In 8. sign. In octaua ægrotum de vitâ periclitari, lachrymas suprà mortuos, occisionem, carceres, intoxciationem, homicidiji imputationem mortuisque famam veram, recuperationem rei amissæ, ensium euaginationes, coniugem & amasiam satis diuites, bonum in omnibus exceptis necromanticis.




In nona.

In 9. sign. In nona iter per terram, Ecclesiasticorũ lubricitatem, sapientiam, & Philosophiam, insomnia mala & venerea, absentis reditum cum labore, debiti post lites recuperationẽ, beneficium non recepturum, nisi mediante muliere, scholasticum negligentem, amantem, noctiuagum, nauem ad optatum portũ cum multis mercibus appulsuram, socios infidos. Optimum pro musicis.



In decima.


In decima honorem & lucrum apud diuitès, sed cum labore, fortunam apud Regẽ speratam bonam, amorem & gratiam ex nobili muliere, bonum pro medico & medicina, pro matre, nuru & amasia, victoriam pro Rege, litem pro fœmina aut seruis aut liberis, recuperationem amissorum, lachrymas consentiente quinta, iusiurandum verum, Regem diutiùs in regno mansurum, dominúmq; in suâ dominatione, neutrúmque ægrotare, quod si ægrotent breui sanãdos, bonum pro aulico, quia Rege magnam quæsitorum partem obtinebit', pacem, iter bonum, serenitatem, aliquando pluuias. *In 10. significat.*



In vndecima.


In vndecima fortunam quærenti, frui- *In 11. significat.*

tionem rei amatæ, amicum bonæ voluntatis & auxiliatorem, effectum sperati, amici extranei fidelitatem & valetudinem, bonum pro infirmis, vtile lucrum, desiderij & promissi effectum, eleemosinam, annum ex omni parte fertilem.



In duodecima.

In 12. significat. In duodecima lucrum & vtilitatem propriâ industriâ, malum hominem, pericula, carceres, defectum quæsiti, bona armenta, inimicos fortes & malos, equi emendi pulchritudinem, incommoditatem ex seruis, fornicationem.



In Decima tertia.


In 13. significat. In decima tertia gaudium & lucrum ex magnatibus, literas, nuntios, iucundos & veros.

In




In decima quarta.

In decima quarta periculum ſed cum bono fine, validum epulonem, nútios, amores, damnum ab inimicis amiſſionem hæreditatis. *In 14. ſignificat.*



In decima quinta.

In decima quinta conformitatem cum aliis ſuperioribus. *In 15. ſignificat.*




In decima ſexta.

In decima ſexta nota quòd ſi hæc ſola *In 16. ſignificat.*


figura in decima sexta reperiatur, & non sit in toto schemate, vel saltem sit in præcipuis domibus, complementum totius desiderij, maximè in venereis significat.

De Puero.



In prima.


In 1. sign. IN prima lętitiam cum spe vtilitatis, multitudinem filiorum, effectus complemẽtum, verba mendacia, lubrica, luxuriosa, res flauas seruis & ancillis concedendas, quærentem in paupertate moriturum post diuitias, bonum epulari cum mulieribus, furtum, deceptiones, matrimonium cum decęptione, bonum pro amore, bellum denique cum deceptione, ingenio & subtilitate,



In secunda.


In

In secunda vtilitatem in mercantia causa mulieris, consequutionem desiderij, bellatorem victoriam, & lucrum cum honore consequuturum iter cum animosis & militibus, nuntios promptos & sine vtilitate, exceptis rebus bellicis, amissam rem recuperaturam, cum iracundia tamen & quadam tristitia. *In 2. sign.*



In tertia.

In tertia discordiam & iracundiam inter fratres & parentes, non tamen sine vtilitate, maximè si sint milites, lassitudinem in itinere, & aliquando latrones, somnia vana, militum innocuum in itinere occursum. *In 3. sign.*



In Quarta.

In quarta proficuum in Magisteriis amoris profectum cum parentibus consentien- *In 4. sign.*

tibus angulis, litémque cum patre & matre pro hæreditatibus & rebus ſub terram defoſſis, malum eſſe mutare locum, abſentem cum lætitia reuerſurum, medicamentum malum, res occultas pretioſas, maximè martiales, patrem ſanum & validum, domum ſub litibus & diſceptationibus verſari, vt & prædia quæ ideò non emenda ſunt, terras & campos minimi prouentus, arcem aut vrbem non ita pulchram, ſed obſidentibus non ceſſuram, nullóſque theſauros occultos continere, malum finem omnium quæſtionum, exceptis bellicis & venereis, ſubſtantias fratris ſororis diuitiáſque paucas, filium ſpurium. Malum denique in aliis propoſitionibus.


o
o
o o
o

In *Quinta*.

In 5. ſign.


In quinta liberos lætos, nuntios falſa nuntia afferentes, lites ob ſubſtantiam pupillorum, verba ſuperflua de luxuria, promiſſi inſtabilitatem, tabellarium breui literas bellicas allaturum, pro amore & lætitia malum, exceptis adulteriis & fornicationibus, prægnantem maſculum edituram, multos itineri inſiſtere prædones, filium non obiiſſe, ſed

valdè vulneratum esse, vestimenta noua & alia non emenda, exceptis bellicis & martialibus, anni mediocritatem cum quadam grandine, paucos liberos eósque bellicosos, prædones aut amatores.



In sexta.

In sexta malas fœminas, morbum seruorum, lucrum in bestiis, damnum in seruis, qui fortè morbo aut fugâ peribunt, familiã quærentis sanam, sed mœrore & luctu cõsectam, ægrotum febre laboraturum, aut vlceribus, tumoribus aut contusionibus, tandémque conualiturum, seruos fugitiuos, mulieres impudentes, morborum recidiuas, si maximè morbus ad primam domum spectet. Malum denique pro omnibus, exceptis meretricibus lenonibus, & militibus, potúque cathartico sumendo, mulierem prægnantem masculum edituram cum periculo mortis. *In 6. signi.*



In ſeptima.

In 7. ſign. In ſeptima matrimonium illicitum, & horrendum cum gaudio, mulierem meretricem inſignem, infidelem, contentioſam, impudentem, inimicam, vtile conſortium, inimicum validum & malæ voluntatis, litis amiſſionem incuriâ ſollicitationis, latronem cautum & malitioſum, rixas & iurgia ex ludo, puellam corruptam & non virginē, amaſiam impenſiori amore ferri in hominem amatum, hominem ingenioſum, maximè in bellicis, militem victorem redituru͂, amicitiam inſtabilem, furem aufugiſſe rēq; furto ablatam eſſe amiſſam, multas denique inimicitias & mala exceptis in bellicis.



In octaua.

In 8. ſign. In octaua mortem inimicorum, fraudatam


tam hæreditatem pupillorum, quòd si coniungatur cum [figura] sanguinis amißionem, & vulnera, furtum recuperaturum iri, nauigantem submersum esse, mortem ægroti breuem, consentientibus aliis, consiliarium inimici & coniugis malum, eósque ad malum impellentem, mulieris paucas diuitias, malum denique in omnibus quæstionibus exceptis necromanticis & venereis pro quibus est bona.

O
O
O O
O

In nona.

In nona peregrinationem longinquam, nuntium cum literis falsis, debitum recuperaturum iri post litigium, hominum infidelitatem, hęreditatis expectatæ consequutionem per medium Ecclesiastici, expectati desiderij consequutionem, inimicorum viatori occursum, religionem falsam, vini potum, falsásque visiones, beneficia, Ecclesiastica non nisi vi consequenda, nauem inuasionis timorem incurrere, bellica quæ circunferuntur nuntia vera, somnia de rebus rubris & bellicis, scholasticum bellicis ex- *In 9. sing.*


ercitationibus solùm addictum. Bonum pro solis necromanticis.



In decima.

In 10. significat.

In decima lucrum & honorem ex Regis seruitio, & maximè in bello, mulierem diuitem, lites & iniustum iudicem, in inimicũ, proficiscentem victurum, bonum medicum, & bonum medicari, castellum non expugnaturum iri, & expulsum castelli dominum reuersurum, illúdque recuperaturam, cum quodam mortis periculo, iusiurandum falsum, Regem extra regnũ in bellum profecturum, in Regem, Imperatorem aut Pontificem non electum iri illum de quo quæritur, morbum breuem, tempus sudum & serenum, mediocritatem in omnibus huius domus quæstionibus, extremam bonitatem pro bellicis & venereis.



In vndecima.

In vndecima falſos milites, & infidos, amicos fictos, aulicos, infidos & iniquos, & proditores, omnem denique contrarietatem, abſentis poſt longum tempus reditum cum honore, anni fertilitatem & copioſas aquas, herbas & vinum, initiò tamen corrumpentur fructus, exceptis vuis & ficubus, multitudinem meretricum, promiſſi inſtabilitatem, fortunæ quærentis mediocritatem: malum denique in omnibus excepto amore matronæ cuiuſdam ad quem quàm maximè valet. *In 11. ſignificat.*



In duodecima.


In duodecima damnum, mutationem, exitum è carcere, & captiuitate tardum, poſt tormenti applicationem, conſentiente tamé ſexta, & octaua, fœlicé meretricé, fornicationem *In 12. ſignificat.*

nicationem, crapulam, ebrietatem, omnia denique quæ sunt contra honestatem, insultum & inuasionem à lupis, iter infortunatum, malignitatem infirmi & proditoris, iracundiam & indignationem in Principes, & Magnates, milites, & amicum sine causa præcedente, bonum occurrere inimicis & equos emere.



In decima tertia.


In 13. significat. In decima tertia iter impeditum à prædonibus, & homicidis, amissionem hæreditatis, violentam domus ruinam.



In decima qu arta.


In 14. significat. In decima quarta malum consortium, falsum matrimonium, meretricem & animi instabilitatem.

De Fortuna maiore.




In prima.

IN prima significat vtilitatem & honestū lucrum, principem iurisconsultum, lætitiam, diuitias, & prosperitatem, amicitiam Regum, bonum in omnibus exceptis obseruandis arcanis & secretis. *In 1. sign.*




In secunda.

In secunda diuitias, lucrum maximè in bestiis, & maximè per fœminas, lætitiam, desiderij quærentis complementum, munera aurea & argentea, in rebus tristibus melancholiam. Alibi semper lætitiam fidelitatem. *In 2. sign.*



In Tertia.

In 3. sign. In tertia bonam fortunam & lætitiam à fratribus, parentibus, & amicis, vtile iter & peregrinationē propter fœminas, sperati effectū, congregationē sapientū bonā, firmam societatē, bonū mittere epistolam aut aliam rem, bonum nuntium, prægnanti bonum à fratribus, vicinis, coniunctis, mulieribus, & maximè nobilibus, quærentem in parentes iratum, propter quos & damnum patietur, perfectam amicitiam cum parentibus consentiente tamen 4. & 10. bonum in aliis.



In Quarta.


In 4. sign. In quarta vtilitatem in immobilibus & prædiis, paternísque hæreditatibus, arcē expugnatā iri si obsideatur, viatorē in bonū finē sua negotia deducturum, & cū lucro, bonum

num medicari, patrem nobilem, vt & ipsius parentes, domum pulchram esse, & iucundę habitationis, prædia emenda, nullos thesauro occultos, fratrem & sororem diuites, patrem filio diutiùs victurum, consentiente quinta filium legitimum, malum pro melancholiâ,

o o
o o
o
o


In quinta.

In quinta bonam famam, amicitiam, lætitiam ex epistolis, bonos liberos & paucos, partum masculi è prægnante, accusationem prægnantis veram, desiderij consequutionem per mulieres, filium nec mortuum nec ægrotum, sed breui venturum cum literis expectatis, iucunditate, & delectatione, & negotiis Regiis refertis, fidelitatem inter amantes, pro quibus optima est, pluuiam, consentiente decima annum fertilem, filium legitimum. *In 5. sign.*



In sexta.

In 6. sign. In sexta morbum curabilem à sanguinis corruptione, diarrhæam aut dyssenteriam, aut firmam sanitatem, vtilitatem ex seruis & animalibus, infirmitatem in mulieribus, parentes quærentis sanos, bonum comparare equum & seruos, testes veros, bonum medicari, medicum probum. Bonum denique in omnibus exceptis meretricibus & lenonibus qui maximam in suis negotiis peragendis fustium pluuiam sunt excepturi.



In Septima.

In 7. sign. In septima bonas nuptias, bonam fœminam, castam, prudentem, & diuitem, diuitias, victoriam ab inimicis, vitam quietam, tardum absentis reditum, sed cum lætitia & lucro, finem litis secundum optatum quærentis

rentis, nullum furem domi, lucrum pro ludente, pacem, coniugem aut amasiam amissam redituras.

o o
o o
o
o

In octaua.

In octaua vtilitatem ex mortuis, morbū periculosum non læthalem, consentiente quarta, & longum, consentiente sexta, mortem naturalem, proficuum in regione alienâ, mulierem & inimicos diuites, patrem fratri superuicturum, exitum ex periculo maximè apprehenso, etiam mortali, consiliarium inimici & mulieris probum & fidū. In necromanticis solis malum. *In 8. sign.*

o o
o o
o
o

In nona.

In nona honorabile & vtile iter in plagas externas, sed longum, scientiam, bonum iudicium, consequutionem beneficij Eccle- *In 9. sing.*

ſiaſtici optati, ſomnia bona, & vera, de Regibus tantùm & Magnatibus, debita non perſoluenda, rumorem vulgarem bonum, ſcholaſticum probum & literatum euaſurum, libros de Regibus, Principibus, Magnatibus, legibus, moribus, regiíſque decretis tractare, nauem ad optatum portum cum diuitiis appulſuram, bonum denique pro omnibus maximè pro ſcientia & doctrinâ.

o o

o o

o

o

In decima.

In 10. ſignificat. In decima bonum eſſe Regi aut Principi occurrere, ab iis enim honores diuitias & dignitates excipiendas, optimum pro medicatione, Regem regnúmque pacificum, ſi mater, nurus, auunculus, aut amita laborent, eos breui ſanaturos, Principum congregationem, ducem victorem, Regem ægrotum, aut Principem breui conualituros, tempus ſudum, ſerenum, & ſalubre. Bonum denique in omnibus huius domus quæſtionibus.

O O
O O
O
O

In vndecima.


In vndecima vtilitatem ab amicis per seruos, aut filios Regis aut Principis, aut aulicos & nobiles, amicum fidum, spem bonam, annum fertilem, paucas pluuias, copiam hordei, paucũ frumentũ, & alios fructus, ficus & vuas passuras detrimentum, matrem & Regem diuitias multas habere furto non subditas, amicitiam quærentis cum magnatibus, & maximè cum nobili quadam matrona. *In 11. significat.*

O O
O O
O
O

In duodecima.


In duodecima incarcerati liberationem, *In 12. significat.*

vt & captiui ab hostibus retenti, accusationem veram, & tamen euasionem à periculo, lucrum in emptione armentorum, & equorum, morbum periculosum, equum emendum, velocem, equum amissum recuperaturum iri, longa debita & persoluenda, malum pro itinere.



In decima tertia.


In 13. significat. In decima tertia bonum & vtile iter ad Regem & ad Magnates.



In decima quarta.

In 14. significat. In decima quarta desiderij complementum, honorem & diuitias à nobilibus exitum è carcere & morbo.


In



In decima quinta.

In decima quinta fortunam & succes- *In 15. significat.*
sum in omnis re maximè consentientibus
aliis.

De Fortuna.




In prima.

IN prima iracundiam & celeritatem in *In 1. sign.*
omnibus negotiis, maximè bellicis, bonum pro itinere, maximè ad Principes & Magnates, sperati optimum finem in amoribus sed cum detectione & declaratione.



In secunda.


In 2. sign. In secunda diuitias, honores, lucrum etiam in mercatura, & cum paruo labore, & celeritatem in omnibus rebus.



In tertia.


In 3. sign. In tertia amicitiam cum Magistratibus contractam, parentes fidos sed biliosos, & iracundos, absentis breuem reditum, & cum lucro, & sine damno, bonum inire societatem in mercatura, iudicem ad quæsita facillimum, scholasticum & vicinum bonos, bonum in omnibus rebus cum quadam tamen cholera.

In




In Quarta.

In quarta paternæ hæreditatis consequutionem, thesauros regios, itinera ad parentes, patrem nobilem vt & auum, sed naturæ cholericæ, domum cum omnibus suis appendicibus pulchram, & bonam, prædia emenda, quæ tamen igni & militibus futura sunt obnoxia, nullósque thesauros continent, malum itineri se dare, & medicari, plantam excolendam, officia non perpetua, secreti detectionem, vrbem bonam & populosam, militibus solis & furiosis habitatam, bonum finem pro bellicis propositionibus, malum pro pacificis, patrem filio præmoriturum, filium spurium, nauem breui ad optatum portum appulsuram, non sine inuasionis & incursionis timore, domum diutiùs ab hospite habitatam iri, celeritatem denique in omnibus & bonum excepta pace. *In 4. sign.*



In Quinta.


In 5. sign. In quinta honores & dignitates, bonum iter, bonos filios & multos, victoriam ducis in bellum proficiscentis, bonam nauigationem, fructuum vbertatem, rumorem de impręgnatione verum, partum masculum cum magno vitæ discrimine, bona nuntia & bellica, promissi exequutionem, pro amasiis malum, exceptis adulteriis & fornicationibus, castellum expugnatum iri, si obsideatur, multos in itinere versari prædones, filium breui conualiturum, & venturum consentiente sexta, filium spurium, vestimenta noua non induenda, paucæ enim sunt durationis.



In sexta.


In 6. sign. In sexta seruorum, ancillarum, & subditorum

ditorum fidelitatem, & inualetudinem, morbos Regum, & Principum, lucrum in emendis bestiis, morbum chronicum, & conualescentiam, consentientibus aliis, testes veros & maliciosos, medicum probum, ipsiúsque medicamentum bonum si maximè consentiat quinta cum septima, amissas pecudes non recuperandas, lenonibus & meretricibus finem optatum, & detectionem præ nimia celeritate, aut auaritia, in recipiendis *promissis muneribus.*




In Septima.

In septima inimicum malum, potentem & malæ voluntatis, coniugem nobilissimam, pulchram, diuitem, bonam, iracundam, & adulteriis obnoxiam, homicidium à magno homine perpetratum, latrocinij imputationem veram, litis laudabilem pro quærente exitum, sed cum labore, & importuna sollicitatione, latronem, cautum & astutum, fugitiuum non reuersurum, lusorem amissurum, hominem industrium in rebus bellicis & victorem, latronem nec rem furto sublatam inuenienda, malum denique exceptis bellicis & venereis. *Int. sign.*



In Octaua.


In 8. sign. In octaua mortem aut timorem Regum, ita vt quærens eos timeat, propensionem in amentiam, & si rubeus in septima sit, mortem per effusionem sanguinis, non bonum egredi è patria, minùs iter facere, timore incarcerationis aut mortis violentæ, aliquam fortè hæreditatē, homicidij suspicionem veram, bonum pro venatione, & aucupio, timorem mortis violentæ, aut veneno, aut igne, conualescentiam ægrotantis Regis aut Principis, vel ipsius mortem, ex iudicio primæ, sextæ, & decimæ. Denique in omnibus mediocritatem exceptis necromanticis quibus nocet.



In nona.

In 9. sign. In nona scientiam & lucrum in peregrina


grinatione, & loci mutatione ad extraneos, debitum facilè persoluendum, Regem à periculo & morte benè seruatum iri, hominem fidelem, & Deum timentem, bonum pro affinitate Regum aut Prælatorum aut gratia ab iis exoptandâ, memorationem Angelorum, & rerum cœlestium, beneficij consequutionem, propter scientiam & doctrinam, cuius tamen exigui sunt prouentus, tabellarij breuem aduentum, libros & literas de negotiis regiis & *principum* tractare, vt & somnium, scholasticum doctum, & honoratum futurum. Bonum denique cum quadam bilis temperatione.



In decima.


In decima amicitiam & familiaritatem cum Principibus, & Magnatibus maximè pro negotiis bellicis, Regem & Principem bonos, sed paululum iratos, & quærentem plus quàm mediocriter amantes, quod si ęgrotent, breui conualituros, medicum probum, & medicamenta ipsius salubria, consequutionem quæsiti cum litigio, Regem aut iudicem, iustitiam exactam exer- *In 10. significat.*

cituros, Regem vel ducem è bello victores redituros, hominem designatum in Regem Imperatorem aut Pontificem (pro quæstione) electum iri, sed cum quadam tristitiâ & mœstitia, aulicum ab aula regia non expulsum iri, bonum iter per mare, Regem aut Principem peregrinantes breui reuersuros, sed cum quadam iracundiâ, temporis serenitatem & salubritatem, sine pluuiis. Denique aliunde iracundiam.




In vndecima.

In 11. significat. In vndecima bonam spem, bonos amicos, fortunam, societatem, Regis & matris mediocres diuitias, furto subiectas, alacritatem cantus, saltationes, choreas, ingressum Regis bonum, annum fertilem & pluuiosum, bonum denique in omnibus & maximè venereis.



In duodecima.

In duodecima lucrum ex loci mutatione, amiſſionem dignitatis & gloriæ, ſi duplicetur in decima domo, regni amiſſionem, Regi per ſe aut liberos, liberationem ex carcere, maiores quærenti quàm inimico vires, cum quodam timore, vtilitatem ex emptione armentorum, equum bonum & velocem, debita hominem perſoluturum, equum vt & alia amiſſa recuperanda. Bonum denique in aliis exceptâ conſequendâ in alium dominatione. *In 12. ſignificat.*



In decima tertia.


In decima tertia proficuum in via, & conſequutionem quęſiti ab aliquo domino. *In 13. ſignificat.*



In decima quarta.

In

In decima quarta longam vitam, bonam fortunam, & quæ sit consequutionem.




In 15. significat.

In decima quinta.

In decima quinta bonam successionem, famam, diuitias, bonum euentũ in omnibus.

De Populo.



In prima.

In 1. sign.

IN prima vt plerúmque falsam totam figuram reddit, vt ostendimus suprà pag. 6. aphorismo octauo nihilominùs tamen bona est hæc figura pro omnibus congregationibus, seu ratione matrimonij, seu magna congregatione hominum, propter bellum, itinerationes bonas, & celeres tam per aquas, quàm per terram. Denique omnia

omnia quæ cõcernũt aquas,& flumina, naues,molẽdina,prata, aquæ ductum,pluuias.

o o
o o
o o
o o

In ſecunda.


In ſecunda diuitias cum bonis , & mala cum malis, lucrum in mercaturâ & mercatorum etiam commeatus , & congregationes,itineris velocitatem,amores frigidos. *In 2.ſign.*

o o
o o
o o
o o

In Tertia.

In tertia amicitiam cum parentibus, eorúmque multitudinem,& vicinorum, multa itinera , & cum ſocietate , non ſine rixâ pluuiis , & periculo , loca aquoſa , abſentis celerem reditum , & iucundum , bonum ſomnium,nuntia bona. *In 3.ſign.*


In



In Quarta.


In 4. sign.

In quarta hæreditatem cum labore, multitudinem aquarum, itinera nocturna, agriculturam, ſyluarum plantationem, bonam occultorum reuelationem, annum fertilem, theſaurum propè flumen abſconditum, nec inuentum iri, niſi conſentiente octaua, vt & prædia de quibus quæritur, præfocationem in aqua, congregationes multorum, & maximè mulierum, pro emotione & venditione fundorum, vrbem populoſam, & variis fontibus irrigatam, & expugnatam iri ſi obſideatur, propter incolarum imbecillitatem, qui vt plurimùm nautæ ſunt, patrem filio præmoriturum, nauem breui & ſecundorum ventorum afflatu venturam, cum diuitiis, hominem in vrbe aut domo diutiùs non manſurum. Bonum pro venatione, & non pro medicatione, bonum denique pro omnibus exceptis venereis.



In Quinta.

In quinta congregationem mulierum, multitudinem liberorum, ſed vix vitalium, propter humiditates, mulierem prægnantem, hæreditatem à muliere, liberos ingenioſos, maſculi partum poſt multos dolores, imprægnationis ex adulterio famam falſam, honorem ex *Principe*, coniugium, congregationem pro rebus lætis, oſcula, amplexus, potum ſalubriorem corpori, cibis ipſis, promiſſi inſtabilitatem, nuntia & literas de rebus aqueis, & aquaticis hominibus, *filium non obiiſſe, ſed breui venturum,* annum fertilem, deniq; *pluuiam proximã.* *In 5. ſign.*



In ſexta.

In ſexta multas beſtias, & ſeruos fidos, morbum phlegmaticum & catarrhoſum, & *In 6. ſign.*

consentiente octaua curabilem, alioquin lethalem, bonum medicari, & phlebotomari, itinera per aquas periculosa, præ timore submersionis, multos milites congregatos iri. Bonum pro omnibus exceptis lenonibus & meretricibus.



In Septima.

In 7 sign. In septima multos inimicos propter mulierem, aut iniuriam congregatos, exercitus in hostem profecti regressum, propter aquas, Martémque vtriúsque dubium, fugitiuum reuersurum, multitudinem & congregationem hominum matrimonij causâ amicitiæ muliebris instabilitatem, furem furantem, litis amissionem, matrimonij qualitatem pete ex primâ, puellam corruptam, victoriam in bello consentiente decima, in aliis mediocritatem.

o o
o o
o o
o o


In octaua.

In octaua lachrymas propter mortuum, *In 8. sign.*
vtilem hæreditatem à mortuis, graue damnum à mulieribus, timorem mortis, múltorum congregationem propter mortuum, furtum, aut rem amissam recuperandam, morbum chronicum & periculosum, tandémque curabilem, consentientibus prima & decima, mortem à catarrho, aut præfocationem in aquâ, homini multitudinem militum terrorem incutere, homicidij imputationem veram, perpetratúmque fuisse coram multis, coniugis & inimici consiliarium mediocriter bonum, viatorem cum pauco lucro reuersurum. Solis necromanticis malum, nisi pro fluuij representatione.

o o
o o
o o
o o

In nona.


In 9. sing. In nona multa itinera, & maximè per aquas, quibus optimum significat, multa somnia maximè de aquis aut de congregationibus hominum, pluuias, tempestates in mari, socialem peregrinationem, nullum spei aut promissi complementum, nullum apud Magnates pro negotiis fauorem, accusationem falsam, iusiurandum non acceptandum, debitorum persolutionem violentam, mediocre beneficium & pauci prouentus, pro scholastico mediocritatem.



In decima.


In 10. significat. In decima Regium consilium, magnam militum congregationem, regio iussu, vt pro pace stabilienda, aut nuptiis, ducis in bellum proficiscentis victoriam, Regis gratiæ obtentionem pro quærente, & maximè de iis quæ aquas respiciunt, suffocationem ciuium & nobilium propter rebellionem, schisma, plebeij exhaltationem, medicum probum, medicamentum vtile, matrem plorantem, iusiurandum malum, Regem non diù in Regno mansurum, illum qui in Regem, Imperatorem, aut Pontificem eligetur, prædiuitem, & illustri è styrpe progenitum esse

esse,ab aula expulsionem alicuius, sed cum breui tempore reuersionem, aëris mediocritatem cum pluuiis,in quęstionibus aquarum & matrimoniorum propter congregationes optimum.



In vndecima.


In vndecima amicos multos, fortunam quærentis bonam, diuitias, thesaurum insignem maximè à Rege aut matre, desiderij complementum, amici & socij fidelitatem, anni fertilitatem,& fructuum copiam. *In 11. significat.*



In duodecima.


In duodecima multitudinem inimicorum incarcerato ipsum ad ad necem aut carçeris perpetuitatem prosequentium, debitorum insolubilitatem,& propter ipsa debita fortè incarcerationem,latronis incom- *In 12. significat.*

moditatem, & fugam ſine lucro, fraudes in amoribus, longum exilium per proditiones, fraudes vniuerſales, inimicum non aggrediendum, armenta, & etiam equos vtiliter emendos. Malum denique in omnibus, & congregationem pro aliquo malo ſemper indicat.



In decima Tertia.

In 13. ſignificat. In decima tertia proficuum à Magnatibus, bonum pro ſocietatibus, bonum & vtile iter per amicos, & eorum cauſâ, abſentis reditum, vtilitatem ex itineribus, per eos qui ad decimam ſpectant.



In decima quarta.

In 14 ſignificat. In decima quarta lucrum matris occaſione, & parentum, aquas grandines, ventos, congregationes populorum pro ratione figurarum ex quibus oritur. In

o o

o o

o o

o o

In decima quinta.

In decima quinta iudica ſecundùm naturam duorum teſtium pro bono aut malo, in vtriſque tamen tarditatem, exceptis aquaticis in quibus velocitatem. *In 15. ſignificat.*

De Via.

o

o

o

o

In prima.

IN prima itinera bona & parua, cum exiguo profectu, imò & cum paupertate, vitam infœlicem, & fluxionibus expoſitam, exitum è carceribus, aliquam duntaxat bonitatem. *In 1. ſign.*






In secunda.

In 2. sign. In secunda damnum, nullúmque profectum sine graui labore, rem amissam non recuperaturam, societatem pauperem, & sine lucro, matrimonij dissolutionem. Denique infortunium, nisi in itinere in quo aliquam tarditatem & paucum lucrum.






In *Tertia.*

In 3. sign. In tertia paucos effectus à parentibus, itinera breuia periculosa, nec per aquas suscipienda, effectus consequutionem in re speratâ, bonum discedere à societate, somnia bona, iusiurandum falsum, hortos & loca aprica, paucos fratres, literas ex parte proximâ aduentantes bona nuntia afferentes, timorem in itinere & terrorem à parẽtibus.

In

o

o

o

o

In Quarta.

In quarta amiſſionem hæreditatis, malũ nisi pro terreſtribus itineribus, quamuis in aquaticis præſtet, vrbem obſeſſam non expugnatam iri, ingreſſum in aliquod ſolum malum, egreſſum bonum, medicamentum bonum, vt & agriculturam, quæſtionem paucis menſibus annum in ſuo effectu ſuperaturum, theſaurum occultum non inueniendum, caſtellum aut prſidia aquis vicina, fratris aut ſororis diuitias paucas, patrem diuturnæ vitæ, filium legitimum, prædia aquis vicina emenda, nauem ad optatum portum appulſuram. Bonum denique in omnibus exceptis venereis. In 4. ſign.

o

o

o

o

In Quinta.

In quinta literas & nuntios parui mo- In 5. ſign.

In 5. sign. In quinta. literas & nuntios parui momenti, paucos filios bonæ naturæ & breuis vitæ, potum cibo vtilius, masculi partũ, impprægnationis famam falsam, sed potiùs aliquam molam in vtero, promissi instabilitatem. Malum denique nisi in itinerationibus in quibus breuitatem breuémque tabellarij aduentum de rebus aquaticis aut itineratione nuntia afferentem.

o

o

o

o

In sexta.

In 6. sign. In sexta principium aut incrementum morbi periculosi & breuis, seruos fugitiuos, animalia minuta emenda, paucum tamen ex vtrísque lucrum, medicum malum, & medicamentum, testes falsos, lenonem item falsum & deceptorem, fustibúsque impetendum, familię quęrentis valetudinẽ.

o

o

o

o

In Septima.

In septima mulieres instabiles, corruptas, pauperes, meretrices, triste matrimonium, breuem & fidelem societatem, sine lucro, & cum damno, puellæ corruptionem, & impudicitiam, ludentis infortunium, nullã in amore fidelitatem, latrones & ipsorum mortem, pauperes inimicos & debiles, litis amissionem. Malum denique nisi pro itineribus aquaticis. *In 7. sign.*






In Octaua.

In octaua mortem ex morbo, consentiẽte prima & decima, exitum è carcere & periculo, nullam hæreditatem, nullum ex itinere profectum, coniugem & amicam pauperes, latronis cum furto exitum, consiliariũ inimici & coniugis mediocrem. Malum denique nisi pro necromanticis. *In 8. sign.*






In *Nona.*

In nona iter longum, breuiter & cum vtilitate perficiendum, beneficij Ecclesiastici amissionem, cum pauco tamen lucro, debitorum solutionem cum litibus, fœlicitatem scholastico, somnia de rebus aquaticis & aquæ potu.

o
o
o
o

In decima.

In 10. significat. In decima regnum *instabile, iniquos* iudices, malam famam, parum lucri ab homine & fœminis nobilibus, victoriam procedentis in inimicos, bonam pro cathartico sumendo, rem amissam non recuperaturam, matrem bonam & diuitem, iusiurandum bonum, Regem validum, hominem designatum in Pontificem Regem aut Imperatorem non electum iri, malum pro Rege in bellum proficiscente, viatorem breui reuersurum, iter maximè per terras optimum.

o
o
o
o

In

In vndecima.

In 11. significat.

In vndecima lucrum apud amicos,dona mercantiæ, fortunam tamen exiguam, ſpei effectum vt & promiſſi,epiſtolas breui venturas. Bonum denique in omnibus huius domus quæſtionibus.

o
o
o
o

In duodecima.

In duodecima exitum è carcere & timore, liberationem à debitis, iuſtitiam per amicos, inimico occurrendum, & exuendum, armenta & prædia emenda. Bonum denique in omnibus aliis. *In 12. significat.*

o
o
o
o

In decima tertia.

In decima tertia proficuum in itineribus, bonam & ſecuram vitam,paucos imbres vtilem venditionem. *In 13. significat.*

In






In decima quarta.

In 14. significat. In decima quarta damnum in mercantia, iter breue, & breuem absentis reditum.






In decima quinta.

In 15. significat. In decima quinta bonum finem, & bonam mutationem, pro ratione figurarum ex quibus oritur.

De Coniunctione.









In prima.

IN prima bonum in rebus mercurialibus, concordiam & societatem cum amicis aut pręgnantibus bonam, eloquentiam, subtilitatem, malignitatem instabilitatem , colorum varietatem , bonum denique semper cum bonis figuris, & malum cum malis secũdùm rationem Mercurij cuius est figura. *In 1. sign.*

o o
o
o
o o

In secunda.


In secunda congregationem amicorum , bonum exitum rei incœptæ, lucrum è monetis albis, complementum desiderij cum mulieribus, lucrũ ex ingenio, maximè in mercatura, rei amissæ cum labore graui , & longo tempore recuperationem , multos spurios & illegitimos filios congregatos, comparationem manuscriptorum, breuem tabellarij aduentum, bonorum & hæreditatum à mortuis acquisitionem. *In 2. sign.*

In



In tertia.

In 3. sign. In tertia coniunctionem & amicitiam inter parentes, & vicinos ingeniosos, bonum & breue iter, reditum tabellarij cum literis, nugis tantùm repletis, bonum pro scholastico, & re amissa quæ recuperabitur, somnia mediocra.



In quarta.

In 4. sign. In quarta bonum inuisere patrem, ipsum enim aut ægrotum aut moribundum esse, qui si non obierit epistolas mittentem, bonas hæreditates, pulchra ædificia, thesauros occultos cum subtilitate & industriâ inueniendos, vrbem obsessam non expugnatam iri, propter situm & prudentiam ciuium, domum & prædia emenda, mercaturam exercendam, locum mutandum, catharticum

optatum pro querente, consentiente decima, latronem captum iri, & cum periculo suspensionis, semper denique concubitum seu legitimum seu illegitimum, & plerúmque cum meretricibus, aut infidis mulierculis, puellæ corruptionem, mediocritatem denique in omnibus, excepto bello cui nocet, pacem enim significat.




In Octaua.

In octaua congregationem pro diuisione mortui hæreditatis, mortem ægroti & absentis, periculum per mulieres, latronem plura ablaturum, amissam rem recuperaturam iri, intoxicationem, mortem incarcerati: litis amissionem, inimici & coniugis consiliarium malum, patrem breui interiturum, peregrinum & viatorem paruo cum lucro redituros. Malum denique in omnibus exceptis necromanticis quibus prodest. *In 8. sign.*



In Nona.

In 9. sign. In nona malum pro Ecclesia, & pro beneficio, pro scholastico, mediocrem scientiam & fortunam, somnium malum, malam viam, in via latrones, scientiam & eloquentiam clericis, & Ecclesiasticis, itinera varia pro comparanda scientia, religiosorum, simul adunationem & congregationem, rumores communes partim veros partim falsos: in reliquis mediocritatem.



In decima.


In 10. significat. In decima seruitium dominorum seu Regum, scribæ aut aduocati apud eos officium primarium, notarios, iudices, grauem in bello stragem sine vtriúsque partis victoria, quærentem aliquam dignitatem mediáte aliquo Ecclesiastico obtenturum, medio-

cum ſumendum: terram non excolendam; matrimonia concludenda; filium legitimũ patri ſuperuicturum conſentiente quinta: nauem ad optatum portum & ſecundis ventis appulſuram: fratrem & ſororem non adeò diuites. Bonum denique, niſi pro ſanitate aut curatione, mortem enim ſemper indicat, maximè conſentiente octaua vnde & feretrum nominatur.

o o
o
o
o o


In Quinta.

In quinta tabellarios cum epiſtolis, grauidam poſt multos labores maſculum parituram: tempeſtatem in mari: adulterium: fœmineas fraudes: ſecretas fornicationes: impręgnationis famam falſam, quamuis amoribus plus ſatis muliercula ſit dedita: filios bonæ naturæ: matrimonium certum finem habiturum: paucitatem filiorum & breui interiturorum. In 5. ſign.



In sexta.

In 6. sign. In sexta mediocritatem in seruis & ancillis: mortem ægroti, latronem & seruum domesticum fugitiuum: medicum improbum, & medicamentum malum, familiam quærentis vno excepto benè valere, lenones & meretrices optatis fruituros, malum denique in omnibus, exceptis ouibus & eiusmodi animalibus emendis.



In Septima.

In 7. sign. In septima coniunctiones venereas, matrimonia contracta, mulieres iniquas, & fortè meretrices, societatem rixosam, triste matrimonium, latrones sæpè domesticos, varios colores, inimicos subtiles, eloquentes sed imbecilles, concordiámque querentes, seu in litibus, seu in bello, litis finem optatum

o o
o
o
o o

In decima quarta.


In decima quarta bonum litis exitum, scripturas, promißiones, laborem vtilem in rebus impoßibilibus. *In 14. significat.*

o o
o
o
o o

In decima quinta.


In decima quinta iudica secundum naturam aliarum figurarum. *In 15. significat.*

De carcere.



In Prima.

In 1. sign. IN prima incarcerationem, mortis timorem, impraegnationem, omnia denique saturnina.




In secunda.

In 2. sign. In secunda lucrum cum tarditate & labore: bonum successum & difficilem exquisitionem & coactionem alicuius amicitiæ causâ, pecunias sepultas aut in alicuius fidem depositas, impedimentum in mercaturâ, cogitationes amore pecuniæ, societates melancholicas, itinerum & aliarum rerum incœptarum tarditatem, ædificiorum tempus commodum exstruendorum, sed cum quadam deformitate.

In

mediocritatem in cathartico ſumendo, Regem è morbo quo detinetur moriturum, iuſiurandum bonum: hominem ex aula regia nō expulſurum iri, litis optatum finem, mortem in bellum proficiſcentis, bonam in ciuitatem ingreſſum, bonam itineris ſuſceptionem, illud enim cum breuitate bonum futurum, aëris inſalubritatem, & pluuiales, humiditates, bonum denique in omnibus exceptò bello & morbis, illis enim ſemper mortem *indicat*, amorúmque in venereis fruitionem.



In vndecima.

In vndecima lætitiam propter amicos fidos, bonum ex ſcientia, rei ſperatæ euentum, coniūctionem animorum vt matrimonium, & amaſiæ fruitionem, aulicos, falſaſque ſucceſſiones ex falſa fide, pluuias mediocres, annum frumentoſum, paucos fructus, rei amiſſæ recuperationem, matrem & Regem pecunias mediocres poſſidere, literas ab amicis, ſeruos conducendos, filium in ſcholas mittendum. *In 11. ſignificat.*

o o
o
o
o o

In duodecima.


In 12. significat. In duodecima carceres, congregationes hominum perfidorum, perditorum, & hominum nihili, vicinos inimicos, damnum incarcerato, multas aquas, in emendis armentis mediocritatem, inimicos occultos, rei amissæ recuperationem: prædia emenda, terram colendam, in omnibus mediocritatem.

o o
o
o
o o

In decima tertia.


In 13. significat. In decima tertia lætitiam & spei euentum, conuiuia matrimoniorum causa.

In



In Sexta.

In ſexta morbum in carcere, aut ſaltem longam *infirmitatem*, morte *excipiendam*, imprægnationem, ſeruum inutilem, & nigrum, medicamentum malum, vt & medicum. Malum denique pro omnibus, exceptis pro lenonibus & *meretricibus*, *quibus* ſuccedet. *In.6.sign.*




In Septima.

In ſeptima malam ſocietatem, adulteriũ, fornicationem, inimicos occultos, latronem vilem, & in latrocinio interceptum, concubitum cum prægnante, aut meretrice, aut quem conceptus excepturus eſt, fœmellæ partum, inimicum fortem & pręcauendum, infœlicem litis exitum quęrenti, fugitiuum non reuerſurum, mulierem impudicam, & pauperem, maritúmque nuſquam diligen- *In 7.sign.*


tem

tem suum, ludētis in principio amissionem, in fine lucrum, puellæ tamen virginitatem, malum denique nisi pro ducendo captiuo in carcerem,



In octaua.

In.8.sign. In octaua lachrymas suprà mortuum, ab ipsa hæreditate, tristitiam, labores, mortem violentam in bello, & sine loquutione, familiam stultam, thesauros occultos, bona à mortuis, & congregationes propter mortuum, ęgroti mortem & incarcerati in carcere, homicidium consultò & sponte factũ, in loco tenebroso, consiliarium coniugis aut inimici infidum. Malum denique exceptis necromanticis.




In Nona.

In.9.sign. In nona iter laboriosum& extra patriã, in eóque impędimentum, scientias occultas,



In Tertia.


In tertia fratres, sorores, vicinos, & parentes malignos, & auaros, *impedimentum* & retardationem *in itineribus breuibus*, incestum & fornicationem, diuturnam incarcerationem, propter parentes, scholastici doctrinam & melancholiam. *In 3. sign*



In Quarta.

In quarta thesauros occultos, domos subterraneas, fornicatas, & testudineas, locum occultum & obscurum sepulchrum & res lugubres, mineras duntaxat & prouentus in chymicis plumbeos, prædia emẽda, in iisque thesauros occultos, patrem senem & antiquum sed diu propter suam c..sim & temperaturam victurum, domum antiquam, obscuram, & fumosam, terras colendas, & serendas, vrbem colendam, & si- *In 4. sign.*

ne artificio extructam, eiúsque vicos augustos, quæ etsi obsideatur non expugnabitur, fratris sororísque pecunias occultas, quæ reperiri non poterunt, filium legitimum, nauem non breui venturam, hominem diutius in domo aut vrbe mansurum, multos liberos, malum denique in omnibus exceptis vrbium custodiis & rebus Saturninis.



In Quinta.

In 5. sign. In quinta paucos liberos, malos, & Saturninos, mulierem grauidam masculúmque parituram, absentis reditum, timorem abortus, matricis dolores, tabellarios, epistolas, cibos crudos, sordida vestimenta, proditorios amores, pomorum dulcium & piperis prouentum, reditumtabellarij tardum, & timorem incarcerationis, epistolas de incarceratione, imprægnatione, tristitiâ, aut melancholiâ tractantes, ante triduum venturas, pro lætitia, delectatione, venereo concubitu, & osculis, saltationibus malum, filium legitimum, aut incarceratum.

In

pulchra, mortẽ incarcerati, caueat quærens ab homine illum inquirente & frequentiùs inuisente, inimicos occultos sed natura timidos, in armentorum emptione mediocritatem, vt & in agricultura, & aliis omnibus huius domus quæstionibus.

o
o o
o o
o

In decima tertia.


In decima tertia vtilem in partes longinquas abscessum, lucrum in fructibus solidis vt nucibus, & malis granatis, res & pecunias Regis varias, & variarum impressionum: partum periculosum, & abortiuum malum, & inflationem matricis, infirmitatem, vtilitatem in itineribus à fratribus, amicis, & vicinis, cogitationes tristes, secretas & occultas. *In 13. significat.*

o
o o
o o
o

In decima quarta.

In decima quarta liberationem à periculo, *In 14. significat.*

culo,& angoribus post multos labores, diuersas & tristes cogitationes, incarcerationes cum labore & dolore,debita & obligationes.




In decima quinta.

In 15. significat. In decima quinta iudica ratione propositæ quæstionis & præcedentium figurarum cum firmitate tamen & quadam tarditate & tristitia,&c.

DE


tas,tristitiam in Ecclesia, somnia tristia, & mala, & de rebus terribilibus, secretorum detectionem, in religione fidelitatem, hominem iustum, absentis in itinere obitum, & ab eo epistolas, beneficij Ecclesiastici consequutionem, sed cum labore & tarditate, scholasticum diligentem, tabellarium aut in vià interceptum iri & occisum, aut incarcerandum, nauem combustionis periculum à pyratis incurrere, aut alto euehi mari, *solis necromanticis bonitatem.*



I*n decima.*


In decima lucrum apud Magnates & Reges, & dominos, ídque mediante muliere, officia indecora, iudicem tristem, & iustum, violenti alicuius actus petenti veritatem, Regis incarcerationem, aut inuoluntariam detentionem eiúsque domus in qua est vetustatem & imminẽtem ruinam, medico credendum, & catharticum sumendum, amissæ rei nullam recuperationem, matrem melancholicam, Regem auarum, nihílque donantem, iusiurandum falsum, ægrum moriturum, Regem verè conualiturum, diúque victurum, sed cum magnis fastidiis, & tristitia, nullam propositi in Regem, In.10.fig.

gem,&c.electionem,aulicum non expulsurum iri,sed in aulâ cum magno angore, & tristitia victurum, Regem in bello captum iri,itinera mala,&extraneum diutiùs in itinere mansurum,aërem insalubrem.Malum denique nisi pro thesauris, terrâ obrutis, aut pro necromanticis quibus valet.



In Vndecima.

In 11. fig. In vndecima lucrum ab amicis, non autem à dominis, sed cum quadam tarditate, fortunàm quærentis mediocrem; amicum fidum & secretum, sed parcũ & necessitate auariorem; paruum lucrum in mercaturâ, congregationem bonorum Regum,annum fertilem in saturninis, malum, denique in omnibus magnum laborem & tarditatem.



In decima secunda.

In 12. fig. In decima secunda,carceres, debita, sepulchra

De vario transitu figurarum seu de ipsarum in variis domibus reduplicatione.

CAPVT VIII.

DE transitu & Reduplicatione hæc notanda generaliter veniunt.

Primò quò sæpius bonæ figuræ in bonis domibus seu in præcipuis schematis locis visuntur, eò tantum schema fortunatius iudicandum esse, vtilioremque & meliorem spectandum exitum, & è contrà. Meliora autem schematis loca, & fœliciora sunt quatuor anguli, domus quæstionis, decima tertia, & decima quinta, in quibus bonæ repertæ figuræ bonum, malæ malum pronuntiant. *Nota 1.* *Meliora totius schematis loca*

Secundò Nota figuras fixas sæpius in schemate recurrentes, pro mobilibus haberi, nonnihilque ex suis viribus exuere: non ita tamen quin semper malis figuris præcellant, quamuis & mobilibus angularibus, & bonis suâ naturâ, semélque aut secundò duntaxàt in schemate innuentis nõnihil cedant, quamuis bonæ semper sint, bonúmque semper prænũtient, seu certum finem secundùm suam domúsque & quæstionis propositæ naturam, sic & &c. semper bonæ sunt. 2.

3. Tertiò figuram mobilem semel in schemate inuentam, ídque in aliqua è præcipuis domibus, fixæ locum obtinere: si maximè & quæstioni, & domui quæstionis propositæ, aliquam habeat relationem. Vt

o
o o
o
o o

cum de meretricibus, &c. si in septima inueniatur, tunc enim certitudinem habet aliquam.

4. Quartò Notanda figurarum series, & earum origo ratione qua dicetur infrà: videndum enim an fiat coniunctio, quę semper bona est, id est suum semper indicat certum effectum, bonum, seu malum, pro ratione suæ naturæ, & domus, & quæstionis propositæ. Sed de his fusiùs supra quàm vt hîc repetitione res indigeat.

De Natura & Origine figurarum, tùm & maximè Iudicis seu decimæ quintæ.

Capvt IX.

Monuimus suprâ bonam figuram, ex duabus bonis procreatam bonam esse: vt & malam figuram, à binis itidem malis, eò peiorem quò & propriam malitiam, parentum etiam malignitas augeat: sic & à bona & mala figura progenerata altera bona, nonnihil, de suâ amittit bonitate, quamuis & eam non in totum exuat, sic de mala ex

bona & mala generata iudicandum est: cùm autem & decima tertia figura certitudine & viribus decimę quartę præstet, ideò & fortiorem iudicis cum ipsa decima tertia, conuenientiam potiorem iudicabimus, quàm cum decima quarta, quæ tamen eò maiores obtinebit in suâ prognosticatione vires, quò & ipsa majorem ad figuram primæ aut quærentis, aut figuram domus quæstionis habebit analogiam, tum & in naturâ, *triplicitate*, rationéque aliâ, *seu naturali* seu accidentaria, quô nempe signo, aut vtriuslibet figuræ planetæ attribuetur. Hinc & mediocritatis exurget iudicium, quum videlicet figura naturæ mediæ, pro re proposita, ab aliis suæ naturæ aut mediocribus generabitur, aut ex decima tertia mala decima quarta bona, &c.

Quoniam autem & iudicis naturâ multi fusiùs ex ratione originis seu creationis suæ tractare possent, breuitati dumtaxàt consulere volui, leuiùs & *quasi per* transennam aut perfunctoriè attingenda hæc videbuntur, dummodò huius procreationis rationem iudicandíque modum ex illa

o o   o o
o o   o
o   o o
o   o

deduxero, sic ex his duabus bonis

o o
o
o
o o

figuris nascitur hæc tertia, quæ mediocris cùm sit, ex bonis procreata bona cen-

ſetur, pro illíſque maximè rebus quas naturaliter ipſa deſignat ſic

o o
oo oo
o o o o
o o

producta malam

oo
o o
o o
o

, tùm ratione ſuæ naturæ, tùm ſuæ generationis, &c. hæc enim exempli inſtar data ſatis ſint.

De Directione, ſeu promiſſi ab aliqua figurâ euentus tempore, anno videlicet, menſe, die, hora.

CAPVT X.

LVbet hîc (quamuis nonnulli Geomantiſtæ illud præterierint, de communi eorum ratione in explorando anno, menſe, die, hora promiſſi alicuius effectus diſſerere coeiúſque inueniendi rationem, ſuis etiam cõmunibus rationibus exhibere.

Primò pro anni fortuna nota quod

domus	9.	10.	11.	12.	13.	15.	& eorum
ſignific.	3.	3.	2.	1.	2.	1.	fortunam

Primos tres, 3. ſec. 2. ter. &c. an. menſ.

Quæ numero duodecim menſium annum claudunt.

Menſis fortuna.

Domus	9.	10.	11.	12.	13.	14.	15.	ſignific. dies ab initio menſis ſolaris ad finē.
Dies	5.	3.	2.	5.	5.	5.	5.	

Collecti dies triginta efficiunt quibus clauditur menſis ſolatis.

Hebdomadæ fortuna.

Domus 9. 10. 11. 12. 14. 15. ſignificant.
dies primos 4. 1. 1. 1. qui collecti
Septem hebdomadæ dies efficiunt

Diei autem fortuna

Domus	9.	10.	11.	12.	13.	14.	15.	reſpiciunt
Horas diei	3.	3.	2.	1.	1.	1.	1.	quæ collectę

Sunt num. 12. quæ diem naturalem claudunt.

Numerantur autem hi anni, menſes, hebdomadæ, dies, horæ, à puncto propoſitionis quæſtionis in ſimile punctum annum claudentes, ſicque & menſes, dies, horæ, &c. proinde ex hoc conſtat, quantum interſit horam propoſitionis quæſtionum ſchemati inſerere. *Hora propoſita quæſtionis cur ſcitu neceſſaria.*

Pro temporis autem hac dicta diſtributione nota. *Nota 1. Flud.*

Primò quò pauciora erunt puncta 16. figurarum eò temporis euentum citiùs appropinquare, quò verò plura eò diutiùs prorogari: quòd ſi cadant puncta in numerum 96. immediatum effectum certò ſecuturum.

Secundò omnem figuram in angulo fixam, *2. Cocles.*

annum significare suum.
In succedente, 6. menses.
In cadente mensem.
Omnem vero mobilem in angulo, significare mensem.
In succedente, 15. dies.
In cadente, hebdomadam.
Omnem communem seu bicorpoream figuram, in angulo significare dies 15.
In succedente, dies 7.
In cadente, dies 3.
3. Nota tertiò alias figuras annos, alias menses alias dies, horásque significare.
Geber. Quatuor anni tempestates denotantur per figuras suis signis attributas, sic ver significant figuræ ♌. ♉. & ♊ orum.
Æstatem, figuræ ♋. ♈. ♍.
Autumnum, figuræ ♎. ♏. ♐.
Hyemen figuræ ♑. ♒. ♓.

Annos denique significant vniuersaliter figuræ planetariæ sic.

♄ o oo / oo oo / oo oo / o o	dant annos suos	(Maiores 57. Flud / Medios 47. Geber / Minores 30.
♃ o o o / o oo / oo oo / o oo	dant annos suos	(Maiores 79. aut 59. / (Medios 55. vel 45. $\frac{1}{2}$ / (Minores 12. circiter
♂ o oo / o o / oo oo / o oo	dant annos suos	(Maiores 60. / (Medios 40. $\frac{1}{2}$ / (Minores 15.

✳ dant annos suos (Maiores 120. Medios 69. Minores 9.

♀ dant annos suos (Maiores 82. Medios 45. Minores 8.

☿ dant annos suos (Maiores 68. Medios 30. Minores 8.


☽ dat annos suos (Maiores 108 aut 101. Medios 76. Minores 25.

☾ dat annos suos (Maiores 36. Medios 25. Minores 8.


♃ & ♀ dat annos 3.)

♄ & ♂ dat annos 3.)


Particulariter autem significant annos.




Menses.



Dies.



Horas.



DE

DE QVÆSTIONIBVS GEOMANTICIS.

LIBER TERTIVS.

PRÆFATIO.



IBRIS duobus superioribus sat superque de Geomantica theoria praxique, satisque vt videtur perspicuè tractauimus; Iam ad tertiam tandem eius partem, ad quæstiones videlicet varias, diuersásque ad domos pertinentes transeamus, ad quas priusquam veniamus, tria hîc curiosum lectorem monuisse abs re non erit: Primò quoties quæstiones ex Gerardo Cremonensi decerptæ citabuntur, toties eius modum & rationem operandi supra pag. 69. descriptam præcessisse debuisse. Ipsius enim quæstiones astronomicis regulis examinandæ sunt, vt Omaris de quo infrà si Deus voluerit. Secundò Omaris quæstiones huc extremò adiungendas, ideò quod quæstiones illæ ipsius licet astronomicæ, cùm temporaneæ quodammodò sint & quouis quodam tem-

Nota 1.

2.

porario cœlorum ex ſtatu confectæ, quendam etiam propoſitarum quæſtionum finē (potius cœli tempore quæſtionis ratione) oſtendant, & ad Geomanticas proinde quęſtiones quàm maximè accedant, imò & Geomanticæ eſſe poſſint: quippe quæ omnibus ſuis partibus ad Aſtronomiam conferantur, exceptò quod radicales non educăt rationes, hoc eſt ex aſcendente alicuius natiuitatis aut ſchemate eodem tempore erecto:
3. Tertiò, omnes has quæſtiones ad duodecim capita, duodecim nempe domorum ratione eſſe redactas: vt hinc faciliùs propoſitæ quæſtionis finis eliceretur. Reliquū tandem Geomanticum iudicium iudiciis aliis aſtronomicis, phyſiognomicis, & cheiromanticis concludendum relinquemus: maiorem enim harum ſcientiarum certitudinem ex ipſarum inter ſe concathenatione dependere, nemo ſanus mente dubitare poteſt. Ita enim inter ſe ipſæ cohærent vt horum vnica ſola certos quamuis effectus indicet, non indubitati tamen quid poſt ſe relinquat, hac proinde de cauſa & Phyſiognomiam, Cheiromantiam, principémque omnium Aſtronomiam proximis ſubſequentibus menſibus Deo dante & fœliciores ſanitatis hòras tribuentè, ſubnectere conabimur. Iam ad rem.

QVÆ-

QVÆSTIONES PRIMÆ DOMVS.

CAPVT I.

Quo mense aliquis natus sit.

QVÆSTIO. I.

VIde figuram primæ & dic eum natum fuiſſe eo mēſe quem figura repreſētat. Si autem figura non repetitur in ſchemate, *dic eum natum illius* menſis prima hebdomada, ſi tranſit in domum ſecundam, dic natum in ſecunda hebdomada, ſi in tertiam, in tertia, ſi in quartam in quarta, ſi in quintam domum, in prima hebdomada, in ſextam ſi cadat, in ſecunda, &c.

Prima enim domus, quinta, nona, & decimatertia, ſemper primam hebdomadam indicāt: ſecunda, ſexta, decima, decimaquarta, ſecundam; tertia, ſeptima, vndecima, & decimaquinta, tertiam: quarta, octaua, duodecima decimaſexta, quartam. Dies verò dignoſcitur ex natura primæ figuræ.

Qualis

Qualis sit alicuius status.

QVÆSTIO II.

SI prima figura estbona, status eius bonus est, si duplicet in secunda, diuitias præsagit, in tertia, parentes, &c. vt suprà si mala contrarium.

De vitæ, qualitate & ætate.

QVÆSTIO. III.

DEtur prima quærenti vitæque ipsius. Figura fixa, vitam longam, mobilis, breuem, &c. iudica de tempore, annis, mensibus, & diebus, vt supra pag. 278.

Si prima fixa, transeat in aliquem angulum, eò longiorem dabit vitam, nisi transeat in alias domos, & maximè cadentes.

Hylec inuentio. Qui autem prædominatur planeta in schemate, & maximè in prima. & decima est *Hylech.* dátque annos instar *Alchocoden,* si enim sit in angulis figura planetæ directi *Alchocoden,* dat annos maiores sui planetę: in succedentibus, medios, in cadentibus, minores. Figuræ planetæ retrogradi, dant in angulis annos medios suos, in succedentibus, minores, in cadentibus, menses suos minoribus respondentes.

Similiter si prima duplicetur, numera omnia

omnia puncta figurarum vsque ad figuram duplicatam, aut locum eius, & proiice à prima domo, si numerus cadat in angulum, viuet per tot annos quot fuerint puncta inter figuram primam & locum vbi primò duplicauit si cadat in succedentem, per tot menses viuet, si in cadentem, per tot dies, & morietur in die planetæ, & hora vbi numerus finietur.

In omni autem loco, vbi prima duplicauit se, aut ægrotauit petitor aut morietur.

Dominus ascendentis in fortibus angulis vitam longam, in succedentibus, mediocrem, in cadentibus, breuem: sic. *Gerardus Cremonensis.*

annos dat	maior	med.	min.
(♄)	(58)	(44)	(30)
♃	47	40	12
♂	47	40	15
☉	82	45	19
♀	82	45	18
☿	80	49	20
(☾)	(107)	(39)	(15)

Aspice autem si Mars vel ♄ sint in prima & dominus octauæ cum illis & ☉ sit in octaua, tunc enim quærens non viuet.

Si ☉ & ☾ iunguntur in septima, & Iupiter sit in duodecima, benè viuet.

De corporis

De corporis qualitate.

QVÆSTIO IV.

FIgura boni & fixi signi in prima, bonam corporis texturam indicat & eò magis si bonis comitetur, aut bonas etiã producat.

De nati accidentibus.

QVÆSTIO V.

Gerardus Cremonensis.

♄ & ☿ in prima.	Significant hominem	stultũ & verbosũ
♂ & ☿ in prima.		rixosũ, derisorẽ, nulliúsq. seruitij.
☉ & ☿		veracem.
☉ in ♈		facilis disciplinæ.
♀ in septima.		luxuriosum.
♄ ☿ & ♀ in imo cœli.		sodomitam.
☉ & ♀ in 10. & ☾ in 1.		prodigum.
♀ ☿ & ☋ in prima.		auarum.
☽ & ♂ in prima.		seruitiosum.
♂ dominus primæ.		diuitem, maliloquum, litigiosũ.
☉		liuidum, pulchrũ corpus mediocris repletionis.
♀ ☿ ☽ In prima.		album lacteum. instabilem. gracilem facie, pectore, brachiis.
♄ ♃		turpem nigrum. faciei rotundæ, pulchræ frontis coloris rubei cũ pauca albedine.

An locus

An locus mutandus vel in loco manendum quámve ad mundi plagam iter ſit dirigendum.

QVÆSTIO VI.

QVatuor anguli quatuor mundi partes deſignant. Vnde ex figurarum in ipſis contentarum qualitate iudicandum eſt, quæ meliorem enim habebit figuram, illa quærenti aptior eſt iudicanda, ſignúmque cui figura ſubiicietur, ciuitatem tali ſigno ſubiectam eſſe petendam iudicabit, quòd ſi cæteris præcellat, manendum, quòd ſi nihilominùs iter facere intendat, pars melioribus fulta figuris eſt petenda, Occidens verò ſi figuræ terreæ præualeant, Meridies ſi igneæ: Septemtrio ſi aquaticæ; & Oriens ſi aëriæ.

SECVNDÆ DOMVS QVAESTIONES.

CAPVT II.

De Nati ſubſtantia & diuitiis.

QVÆSTIO I.

DIuitias promittit bona figura in ſecunda domo, non impedita; mala paupertatem.

De

De diuitiarum quantitate.

QVÆSTIO II.

o o   o o   o o
o o & o   in prima, & o o   in secunda,
o   o o   o o
o   o   o o

consentientibus quatuor angulis, copiosas diuitias.

Si secunda aliis sit fortior, acquirendas proprio marte indicat.

Si quarta, hæreditariâ successione à patre, si septima ex coniugio.

Si nona, ab Ecclesiasticis, si quinta, à filiis, si vndecima, ab amicis.

Pro tempore earum, nota quòd si in prima & secunda sint figuræ diuitias promittentes, dabunt ab infantia ad adolescentiam.

Si in tertia, & quarta, à principio adolescentiæ ad iuuentutem.

Si in nona, & decima, à iuuentute ad senectutem.

Si in septima, & octaua, à principio senectutis ad mortem.

o   o   o o
Quòd si hæ malæ figuræ o   o   o
o   o   o   o o
o   ibi inueniantur, ma- o   o o   o o
o o
o   lum semper & paupertatem indicabunt.

De

De Lucro.

QVÆSTIO III.

SI in ſecundam domum cadant
o o o o o o o o o o o
o o, o , o , o o, o , o o,
o o o o o o o
o o o o o o o o
lucrum denotant,ſi occurrant domibus etiã quibus quæritur lucrum , vt in ſexta pro animalibus minimis , aut ſeruis , in decima ſecunda pro armentis & *animalibus* magnis, quòd ſi in ſecundam cadat *hæc* figura
o o
o o & vna prædictarum ſit in prima lu-
o o crum maximum indicat.
o o

o o o o
Si o o in prima , & o o in *ſecunda* , lu-
o o o o
o o o
crum ſed cum tarditate ſubitóque & inopinatè amittendum.

Si cum vna ex prioribus in prima cadant in
o o o o
ſecundam domum o o aut o diuitias
o o o, durabi-
o o
les promittunt.

Si in prima sit bona figura, & in secunda sit

o o o
o o o o lucri amissionem indica-
o o o bunt.
o, o o, o o,

o o
o In prima lucrum cum diligentia &
o o sollicitudine quærentis.
o

Si in prima sit o / o o / o / o o & in secunda o o / o / o o / o

lucrum cum labore, cum totius propria sua culpa amissione, quod si o o / o / o o / o sit in aliis domibus, ab illis qui ad illam domum pertinent lucrum venturum promittit.

Quibus è rebus lucrum speretur.

QVÆSTIO IIII.

SI in secunda sit, o o / o / o o / o, o o / o / o / o, o o / o / o / o o, o o / o o / o / o

o o
o o lucrum fiet in robus mobilibus & quæ
o liberè exponuntur.
o o

Si

o
Si o lucrabitur in rebus quæ ponderibus
o o æstimantur.
o

o
Si o o ex rebus quæ in singulos dies emi
o solent.
o

o o
Si o in rebus ab igne factis, ad ignémque
o o aut sanguinem aut Martem spe-
o o
ctantibus.

o o o
Si o o o o nullum aut paruum
o o o lucrum.
o o o o o

o o o
Si o o o o fortunam modò in augmen-
o o o o tum, modò in detrimentum
o o
tendentem.

o o
Si o o o eundem semper fortunæ sta-
o o o o tum.
o o o o

o o
Si o o iudicabis secundùm naturam primæ
o o figuræ.
o o

An res perdita aut furto ablata recuperabitur.

QVÆSTIO V.

PRima datur petitori, vndecima rei petitæ, quarta loco.

Figuræ maſculinæ, bonæ, & non mutantes, aut ſi prima tranſeat in quartam, decimam, aut vndecimam, bonum *eſt: aliàs* non.

Si furto ablata ſit detur ſeptima latroni, decima rei ablatæ, & quarta loco: ſi anguli quatuor boni ſint, maſculi, fixi, & immutantes, ſe, furtum eſt in domo quærentis, aut non longè ab eâ.

Sic ſi ſeptima ſexta, octaua, vndecima ſint inter quatuor matres, res eſt in propinquo.

Si ſeptima non remouetur, res eſt in furis poteſtate, quæ ſi tranſit in ſecundam, eſt fur domeſticus, ſi ſeptima & ſexta bonæ figuræ ſint, & inter ſe conueniant, recuperabitnr.

Si prima & ſecunda ſint bonæ, intrantes, vel exeuntes, & decima itidem fuerit bona, intrans, recuperabitur, tantò citiùs quo in ſecundam decima migrabit.

Pro furto, ſi ſeptima ſit intrans, & fortunatæ primæ aut ſecundæ reſpondens, recuperabitur.

Si ſeptima ſit in tertia, rem amiſſam per fratres, in quarta, per patrem fuiſſe &c. vide quæſtiones ſeptimæ domus infrà in quibus & quæſtiones de furto.

An

An debitum recuperandum.

QVÆSTIO VI.

CReditori datur prima, ſecunda debito, ſeptima debitori. Quod ſi prima & ſecunda, aut ſaltem ſecunda, ſit fixa, intrans, & ſexta exiens, facilè recuperabitur debitum, *ſi ſecunda & ſeptima etiam intrantes* fuerint, contrarium è contrario iudicabitur.
Si prima & octaua ſint intrantes, & fortunatæ, recuperationem indicant, & è contrà: ídque magis, ſi adiuuet decima tertia & decima quinta.
In prima, figuræ debiliores, recuperationem cum labore magno.
Si octaua ſit in tertia, recuperationem mediantibus fratribus.
In quarta patre, &c.
Nota quòd in omni quæſtione quarta & decima quinta finem indicant decima & ſeptima facilitatem, aut difficultatem. **Nota.**

DE TERTIÆ DOMVS QVÆSTIONIBVS.

CAPVT III.

De tabellario, quæve & ipse nuntia afferat.

QVÆSTIO I.

EST prima danda quærenti, tertia nuntiis, aut tabellario, aut epiſtolis, ſi prima ſit bona, & tertia, bonum indicat effectum; tantóque meliorem, quò quarta ad primæ naturam magis accedit, & tertia ad naturam nonæ.

Quòd ſi figura primæ aut ſecundæ, trăſeat in domum rei quæſitæ, aut in domum illius qui nuntia mittit, tantò meliùs ſperandũ. Quod ſi prima & ſecũda iungantur cum domo rei quæſitæ, idem ſignificabunt, ſed cum tarditate, aut velocitate, pro naturâ figurarum mobilium, & exeuntium, aut fixarum & intrantium quæ fuerint in decimaquinta aut quarta quæ finem indicant.

Nuntia autem aut literas indicant figuræ ☿.

o o   o o
o   o o
o   o
o o   o o

Si in ſecunda ſit figura ♂. vanitatem, & nuntia inutilia niſi de rebus Martialibus

o o   o
o   o
o o   o o
o o   o

tialibus agatur, vt de bellis, igne, litibus, ſanguinis profuſione &c.

o o   o
o o   o o
o o   o o
 o   o

Si [figuræ supra] figuræ ♄ occurrant; tarditatem & impedimentum indicabunt.

Nuntiorum qualitatem habebis, dans primam petitori, tertiam verò, ſextam, & nonam, rei petitæ. Bonæ figuræ, maſculæ, veritatem, fœmininæ, indicant falſitatem. Tum *reſpice ad domum noui ſeu nuncij* qualitati reſpondentem, & iudica ſecundũ eius naturam, & ſi de lucro, vide ſecundam, ſi de patre, quartam, de matrimonio, ſeptimam &c.

o o   o o
o o   o
 o   o
o o   o o

Nota quòd ſi [figuræ supra] aut [...] ſint in coniũctione cum prima, literas venturas ſignificant, ſi in tertia ſint, à fratribus, ſi in ſeptima à coniuge &c.

Si prima bona in aliam domum tranſeat, indicat rem aut perſonam à qua expectantur nuntia, in decima, à Rege, in duodecima ab inimicis &c.

o o   o o
o o   o
 o   o
o o   o o

Nota [figuræ supra] literam, [...] tabellarium ſignificare venientem, ſi reperiantur in tertia, nuntium à fratribus, &c. tertiæ domus & non multùm diſtantibus.

In quarta, ab illis quartæ domus, & venire à quatuor & media circiter leucis.

Si in quinta, à filiis &c. si in duodecima, ab inimicis, & à loco dissito. Cauendum tamen eâdem ratione, ne epistolæ venientes in manus eorum incidant, qui per domos

o o
in quibus erit o o significantur.
o
o o

Vter ex fratribus, consanguineis, aut parentibus, prior morietur.

QVÆSTIO II.

PRima dabitur quærenti: quæ si sit in octaua, aut octaua in secunda, denotat quærentem priùs moriturum, & maximè si sit in vno angulorum.

Contrarium iudica si secunda in nona sit, aut si octaua sit infortunata, & maximè si sit in decimaquarta, aut decimaquinta. Genus autem mortis accipe à natura figuræ domus, Cocles primam dat quærenti, alterique suam domum, si sit v. g. quærentis frater, de quo quæritur, dat tertiam figuram & sic de aliis. Iudicat autem secundùm naturam ex illis duabus figuris, quæ magis cum octaua consentit, aut nona, aut septima considerando posteà duodecimam quæ genus interitus ostendit cum iudice.

De Itineribus breuibus.


QVÆSTIO III.

PRo itineribus breuibus iudica pro ratione infrà in quæstionibus nonæ domus. Pro itineribus longis positis, reductis tamen ad tertiam domum iudiciis.

An aliquis diligatur à suo parente.

QVÆSTIO IIII.

COnsidera bonitatem aut malitiam primæ & tertiæ, quæ si in natura conueniant amicitiam reciprocam indicabunt, quòd si non consentiant, vide an tertia sit in secunda, aut prima in quarta.
Si tertia sit bona, & beneuola, idem indicabit.
Si prima sit infortunata, & maligna, & tertia bona, nullam beneuolentiam.
Perfectam inter amicos amicitiam indicant



QVARTÆ DOMVS QVÆSTIONES.

CAPVT IIII.

De fine cuiuslibet quæstionis.

QVÆSTIO I.

NOta qualitatem quartæ figuræ, si sit bona, bonum effectum indicat, si infortunata, contrarium: si iungatur naturâ cum prima, aut *ipsi sit contraria.*

Si bona sit, & cum prima naturâ iungatur, bonum effectum indicabit, tantò meliorem, quò decima, & decima quinta consentient, & intentioni quærentis respondebunt, aut anguli pro maiori saltem parte. Idque magis etiam si secunda, quinta, octaua & vndecima non renuant.

De Thesauro occulto.

QVÆSTIO II.

QVarta Thesaurum occultum significans, si intrans fixa & fortunata, occultum indicabit: quòd si cum ipsa septima & decima quinta consentiant, desiderij consequu-

ſequutionem : & maximè ſi quarta tranſeat in ſecundam, aut in alteram figuram intrantem, & fortunatam. Si ſint figuræ exeuntes, malæ, & prima & decima quinta infortunatæ, contrarium indicabunt.

Si autem quarta figura ſit ignea, rem occultam indicat in tectis domus.

Si aëria, in tabulatis, ſi aquea, ſuprà terram, ſi terrea in locum ſubterraneum & profundum detruſam.

Nota maximè ſi ⁘ ſit in prima, & coniungatur aut tranſeat in quartam, tunc enim theſaurus occultatur, ſi ⁘ contrariũ.

Quòd ſi adſit theſaurus, ⁘ fortunata vt ſuprà, facilem ipſius eductionem, ⁘ verò difficilem, nec ſine exorciſmis & variis illuſionibus erui poſſibilem indicat.

An bonum ſit plantare aut ſerere.

QVÆSTIO III.

COnſidera quartam cum ſuis ſociis, & ſi ſint aqueæ figuræ, & in aërea coniunctione,

iunctione, fertilitatem indicabunt in ſatis & plantatis.

Si igneæ in igneâ coniunctione, aut terreæ in terrea, ſterilitatem.

Si ſint aëriæ, abundantiam. maximè conſentientibus angulis.

Si igneæ, aquaticis immixtæ, fertilitatem, ſed fructuum corruptionem.

Terreæ cum aqueis, idem cum corruptione.

Terreæ cum igneis, ſterilitatem.

De hæreditate paterna.

QVÆSTIO IIII.

AN hereditatem à patre, ſocero, &c. obtenturus ſit, videatur quarta figura. Si fortunata ſit & intrans, & ſit in ſecunda, ſpem conſequutionis oſtendit, & è contrario: ſi exiens ſit, & infortunata, nec ſit in ſecunda, nec prima aut ſecunda tranſeant in quintam, aut vndecimam, ſi prima & quarta ſint contrariæ, non obtenturum indicant.

Si prima ſit infortunata, & ſecunda quartæ contraria, & ſi quarta tranſeat in ſeptimam, nonam, decimam, duodecimam, indicat hæreditatem in alienas manus venturã.

An hæreditas amissa recuperabitur.

QVÆSTIO V.

DEtur prima petitori, quarta hæreditati, quinta & vndecima spei, & septima aduersario. Vide primam & octauam quæ respicit hæreditatem, quæ si sit figura lucri & acquisitionis, & quatuor anguli sint fortunati, & prima recepta sit seu conueniens cum quarta, consequutionem &c.

An sit bonum ædificare.

QVÆSTIO VI.

IN principio & ante omnia ædificare volens, respiciat quartam figuram, si intrans & fixa, bonum indicat, & si maximè decima consentiat & conueniat quartæ, & prima sit etiam fixa & intrans.

Si quarta sit bona & mobilis, bonū quidem indicat, sed non durabile ædificium.

Si quarta mobilis & exiens, & ipsi quinta contraria, & infortunata, breui ruinam ædificij ab inimicis faciendam portendit, eóque magis si duodecima infortunata sit & contraria.

Si decima sit contraria quartæ, ruinam à Magistratibus indicat.

Si prima, ruinam à proprio possessore.

Si quarta sit exiens, & alij tres anguli fixi,

xi, durabilitatem ædificij, eóque maiorem si decimaquinta sit fixa, intrans, aut fortunata.

De Abundantia aut Caritate.

QVÆSTIO VII.

QVarta intrans, fixa, & fortunata, annű abundantem, & eò magis si terrea sit, eíque anguli & decimaquinta consentiant, si sit exiens & infortunata, penuriam: si maximè ignea sit, eíque anguli & decimaquinta consentiant.

Id cognoscetur etiam ex figura educta ex quarta & quinta, iudicando secundùm illius naturam.

Vide ad quæst. decimæ domus infrà.

De Vrbe, Ciuitate, aut Castello obsessis, an expugnabuntur.

QVÆSTIO VIII.

PRima plebem, quarta castellum aut ciuitatem, septima aduersarios indicat.

Si prima & quarta sint fortunatæ, & prima à quartâ separetur, non expugnabitur.

Si septima primæ, & quartæ præualeat, & coniungatur, aut recipiatur à quinta, sexta, vndecima, & duodecima, subiugabitur.

De

De *Abano*.

Detur prima & quarta rei obſeſſæ & obſeſſis, ſeptima & decima inimicis, ſi prima, & ſecunda ſint bonæ, fortunatæ, & intrantes, & meliores ſeptima, & decima, obſeſſi vincent, contrarium indicabunt contrariæ.

Quarta fixa, fortunata, & terrea, obſeſſos victores.

Si contraria, *expugnatum iri locum*.

Quarta in decimam tranſiens, aut cum decima coniuncta, expugnationem.

Prima & quarta bona, redditionem eius pacificam.

Quarta & decima *maleuolæ*, & prima & ſecunda fortes, & intrantes, validam vtrinque pugnam, & vi redditionem; & maximè ſi decima ſit fortis, & quarta & ſeptima ſint debiles.

Si prima & ſecunda fortunatæ & intrantes, obſeſſos victores.

Tertia & quarta *fixæ*, *fortunatæ*, terreæ, intrantes, obſeſſos victores, contrarium ex contrario iudicabitur.

Si prima & ſecunda malæ, & infortunatæ, & ſeptima & decima de naturâ earum, & quarta fixa; expugnationem, ſed per proditionem ſignificat.

Si ſola ſecunda ſit exiens, & infortunata, & prima & quarta bonæ, fortunatæ, & fixæ, obſeſſos pecuniis ſe adiuuantes.

Generaliter ſecundùm bonitatem & malitiam

litiam figurarum, ſucceſſum denota in eorum fauorem quos magis ſpectabunt.

Cocles.

Datur prima quærenti ſeu obſeſſis, quarta loco obſeſſo, ſeptima inimicis, decima victoriæ cum iudice.

Prima melior & fortior ſeptimâ, obſeſſorum reſiſtentiam, & ſi ſit melioribus comitata prima figuris, quam decima aut duodecima auxilium ipſis aduenturum.

Si primæ decima, aut duodecima faueãt, inimicos benignos.

Si prima tranſeat in ſextam, aut duodecimam, periculum expugnationis indicat.

Si decima ſeptimæ conſentiat, bonum denotat.

Si prima bona eſt & ſeptima mala, aut ſeptima ſit in ſexta, aut duodecima, malum infert inimicis.

Si ſeptima ſit in prima defendetur ciuitas obſeſſa.

Si ſeptima ſit in quarta, aut prima in octaua, aut ſecunda, & ſint omnes bonæ, proximas inducias aut pactam pacem.

Si quarta aut decima ſint cum teſtibus & iudice, ciuitatis acrem & integram defenſionem indicant.

Flud.

     o   o o
Si o   o   præualuerint in ſchemate,
  o o   o o per inſigne prælium & ſan-
     o   o o

guinis

gninis effusionem, & latrocinium expugnabitur.

o o o o
o o o per literas,
o o
o o o o

o o o o
o o o o o per humilitatem , &
o o o o o
o o o o

consilium prudentis hominis, aut fortè prælati.

o o o o
o o o o o viribus, inuasione, & ex-
o o o o pugnatione.
o o o o o

o o o o o
o o o per superbiam o per stultum
o o o o
o o o o

modum non cessabunt obsessi donec expugnentur.

o o o o
o o o o per proditionem, noctu, o
o o o o o
o o o o

per arma & traditionem.

DE QVÆSTIONIBVS QVINTÆ DOMVS.

CAPVT V.

De fœcunditate alicuius aut ſterilitate.

QVÆSTIO. I.

SI quæres an ſœmina ſit apta conceptui, prima quærenti dabitur, ſecunda acquiſitioni ſeu progreſſui, quinta conceptui, decima ſpei.

Si hîc ſunt figuræ bonæ, h:e, ſi prima bona, mutetur in ſecundam, quintam, decimam, vndecimam, aut ſi ſeptima, quinta, decima, aut vndecima bonæ, tranſeant in ſecundam fœcunditatem indicant.

An aliquis ſit prolem habiturus, vide an prima, quinta, & ſeptima, ſint intrantes & fortunatæ, & quarta iungatur primæ aut ſeptimæ, fœcunditatem enim ſignificant, & maximè ſi ſint

	o o	o o	o o	o o
maximè ſi ſint	o o	o o	o	o
	o	o o	o	o o
	o o	o o	o o	o o

Tum ſecundùm harum figurarum quantitatem iudicabis, quæ ſi non ſint in prima, & ſint in ſeptima, maiorem mulieri fœcunditatem quàm viro dices, ſi autē in dictis locis,

cis, ſint figuræ exeuntes, infortunatæ, & malæ, ſterilitatem.

Si malæ ſint, & quinta tranſeat in octauam, aut decimam ſecundam, fœcunditatem, ſed fœtus abortiuos, breuiſque vitæ ſignificabunt.

Marémne an fœmellam ſit mulier paritura.

QVÆSTIO II.

COnſidera primam, quintam, ſeptimam, ſi intranres ſint & fortunatæ, & quinta ſeptimæ vniatur, grauiditatem indicabit, & maximè ſi ſint hæ figuræ

o o   o o   o
o o   o   o o
o   o   o o
o   o   o

eóque etiam magis, ſi vna earũ ſit in decimaquinta, indicabunt imprægnationem cum fœlici exitu.

Si autem ibi ſit

o   o   o
o o   o   o o
o   o   o
o   o o   o o

non imprægnabitur mulier.

Si grauidam eſſe conſtet, & maior pars figurarum ſchematis ſint maſculinæ, maſculi; fœminanæ, puellæ partum indicabunt: & maximè ſecundùm naturam angulorum & decimæ quintæ.

Quòd ſi in decima quinta ſit

o o   o o
o o   o
o o   o
o o   o o

ge-

mellos indicabunt.

Quòd si dubites de sexu etiam examinato schemate, fiat figura ex quarta & septima, & vide cui harum magis accedat, si ad quartam, masculum, si magis ad septimam, fœmellam.

Prima quærentis est, secunda acquisitionis, quinta nascituri fœtus, septima grauidæ decima exaltationis, vndecima spei. Si in his sunt figuræ vnius sexus, sexum nascituri fœtus indicabunt, aut saltem secundùm maiorem illarum partem, examinando figuras, signa, & planetas earum cum testibus & iudice.

Masculum partum grauidæ prænuntiant hæ figuræ in decima quinta & quinta existentes

o o	o	o	o	o o	o	o	o o
o	o o	o	o o	o	o	o	o
o o	o	o o	o o	o o	o	o o	o
o	o o	o o	o o	o o	o o	o	o o

Fœmellam denotant in quinta & decima quinta existentes hæ figuræ.

o o	o o	o o
o o	o o	o
o o	o	o
o	o o	o o

o o	o o	o	o	o o
o o	o	o o	o	o o
o	o	o o	o	o o
o	o	o	o	o o

Si prima, quinta, & vndecima sint mascul, marem, fœmininæ, fœmellam in dicabunt.

Prima coniuncta cum quinta, marem indicat, & fœminam.

Si

Si fœmina sciatur esse grauida, datur prima ipsi, quinta partui, si prima sit in quinta, aut quinta sit in secunda, impræ-gnationem significant videndo interim

o o   o o
o   o o
quatuor angulos,& testes, o enim & o o
o o   o o

imprægnationem significant.

Prima vel quinta igneæ,aut aëriæ, masculum,terreæ,aut aqueæ, aut vna terrestris, alia aquea,fœminam significant.

Si discordent in natura, id est si vna mascula,fœminina alia sit,binos infantes,cum mare fœmellam indicant.

An mulier sine dolore parturiet.

QVÆSTIO III.

VIde ad quintam & decimam secundam figuram.

An qui nascitur infans sit petitoris necne.

QVÆSTIO IV.

PRima detur petitori, secunda, tertia, quinta, sexta, vndecima infanti, & secundùm harum cum prima conuenientiam & concordantiam iudica, & considerá benè quartam,quæ patris est.

An mulier à petente sit imprægnata.

QVÆSTIO V.

PRima detur petitori, quinta rei petitæ, si prima transeat in quintam, decimam, vndecimam, aut si septima in secundam, quintam, & decimam, ipsa erit grauida.

An filius sit legitimus.

QVÆSTIO VI.

VIde hic quæstionem quartam.

Cæterum prima quærenti datur, quinta fœtui, septima mulieri, quæ considerantur cum angulis, testibus, & iudice. Si omnes sint bonæ, aut ex maiori parte, & concordantes, fœtum legitimum, alioquin spurium & illegitimum.

De filiorum bonâ vel malâ naturâ.

QVÆSTIO VII.

COnsidera primam, quartam, quintam, septimam, & sextam, si intrantes sint, & bonæ bonos liberos, malæ, malos indicant.

Quòd si inter eas sit tanta diuersitas, vt certum ferri non possit iudicium, ex quarta

&

& quinta educatur alia figura, secundùm cuius naturam & qualitatem iudicabis. Si ſint mares, & ex quinta & ſeptima ducatur alia, ſi ſint fœmellæ, reſpiciendo nihilominùs ſemper ad decimam & decimam quintam.

QVÆSTIONES ~~DECIMÆ~~ 6 DOMVS.

CAPVT VI.

An in morbum incurſurus ſit aliquis eo anno.

QVÆSTIO I.

Figuram primam & ſextam conſidera, quæ ſi bonæ ſint, ſanitatem, malæ verò contrarium indicabunt, eóque magis ſi prima infortunata in ſextam tranſeat, aut ſexta infortunata in ſeptimam tranſeat, aut ſi ſexta ſit in coniunctione cum prima, ſcilicet inueniatur in ſecunda, & aliâ ſimul cum decima quinta ſint infœlices.

Vt autem *Genus infirmitatis* ſeu *morbi*, noſcas, conſidera naturam ſextæ, quæ ſi infortunata, maligna, terrea, grauem, chronicúmque indicat morbum, & melancholicum, ignea, infortunata, maligna, bilioſum, acutum, breuem, aëriæ infortunatæ, & malæ, leuem morbum, longum, faſtidioſum,

& forte à flatibus excitatum,ſi verò aqueæ, morbum ſecundùm ipſius figuræ naturam.

De mortis periculo vide an ſexta in octauam, aut nonam tranſeat, ſi enim malæ ſint,mortem, ſi dubiæ,& etiam non bonæ, periculum vitæ minantur.

Sic & malitia figuræ ſextæ, cum prima infortunata & iuncta,indicabit,ſi tranſeant in octauam: morbum enim lethalem futurum indicabunt, Pro menſibus reſpice ad ſigna quemlibet menſem à die ingreſſus ſolis in ipſa, gubernantia, figuríſque deſignata.

De ægroto an moriturus eo morbo ſit

QVÆSTIO II.

SI in primam, octauam, & decimam ſecundam,cadat figura ♄ aut ♂ mortem, ſi Iouialis vna ſit in prima, & tranſeat eadem in octauam, ſalutem;ſed ſi non tranſeat,obitum expecta.

Si illîc quædam lunaris aut ☿ alis incidat figura, idem eſto iudicium, vt ſi

o o
o o cadat in primam aut ſeptimam.
o
o o

De *Albano.*

Conſidera primam,ſextam,octauam,decimam,

cimam, decimam quintam, an ibi reperia-

o o o o o o o
tur vna ex his o o o o o o
o o o o o
o o o o

o
o o breuem enim liberationem à morbo
o o indicant.
o o

o o o o
Si verò *ibidem ſint* o o o o
o o o o o
o o o o o

o o o o o o o
o o o o o morbum letha-
o o o o o o o
o o o o o o o

lem indicabunt, ſi maximè harum vna exiſtens in prima, tranſeat in octauam, nonam, aut ſi vna ex his exiſtens in ſexta, videatur in ſeptimam tranſiiſſe, aut iungatur decimæ quintæ.

Eſt diligenter notandum, quôd quantò
o
o o
o o pluribus in ſchematis locis inuenietur,
o
tantò lethalem magis indicabit infirmita-
o o
o o
tem. Sed o o tranſiens in vndecimam, ſpem
o
valetudinis, ſed ex recidiua mortem ſignificabit, eóque *illud* magis ſi *ipſa* in decimamtertiam, decimamquartam, aut decimamquintam tranſierit.

o o
Quòd ſi in prima inueniatur o &c cū
o o
o o
ſecunda natura ſua conueniat, morbum indicabit longiorem.

Detur prima quærenti, aut ægro, ſexta morbo, ſeptima medico, octaua morti, decima ſecunda ſepulchro, quarta & decima quinta fini omnium.

Si prima bona & fixa nullibi mutetur, aut nullum in malum locum, valetudinem & ſalutem: è contra verò ſi in ſextam, maximè, aut ſeptimam, aut duodecimam tranſeat: eóque magis, ſi ipſa figura ſit terrea, mortem enim aut periculoſiſſimum ſaltem indicabit morbum.

Quòd ſi ea infœlix non mutetur, aut in alium locum tranſeat, grauem chronicúmque ſed non lethalem indicabit morbum.

De morbi qualitate, indica ſecundùm naturam figuræ ſextæ, vt dictum eſt ſuprà, eiúſque cum prima coniunctione, & affi-
o o
nitate o o enim in ſecunda ſanitatem,
o o ſed recidiuæ periculum.
o

Quòd ſi in ſeptimam, octauam, aut duo-
o o o o
decimam, cadat o o o o & ma-
o o o o
o o o o o

ximè

o o o
ximè in octauam, aut o o o certâ præ
o o o
o o

sagiunt mortem quia sunt infœlices.

Denique si in infœlicia loca cadant infœlices hæ figuræ, aut in testimoniis iudi-

o
céque reperiantur, o tamen in sexta, à bo-
o
o

nis figuris procreata, sanitatem indicat futuram.

Nota autem quòd si iudex malus inueniatur in quatuor angulis, morbum præcessisse; in succedentibus, præsens, in cadentibus, futurum indicabit. Si sit in vtrísque, certam spera mortem, aut saltem morbum valdè longum, secundùm eius naturam fi-

o o
guræ aut morbi (si iam adsit) modò o o
o o
o o

in mortis domibus non inueniatur.

De Medico & Medicina.

QVÆSTIO. III.

An Medicus ægrum sit iuuaturus.

PRima datur ægro aut quærenti, sexta morbo, septima Medico, decima medicamento.

camento. Bonæ ibi exiſtentes figuræ, bonum indicant effectum, & è contrario.

In hoc anguli, teſtes, & iudices, multum valent, proinde conſiderandi.

Septima datur Medico, ſi igitur prima, ſexta, ſeptima ſint bonæ & fortunatę & cõcordes, ſanatum iri ægrum è Medico ſperabis; & è contrà.

Quod ſi prima ſexta & vndecima ſint bonæ, & fortunatæ, proximam ſanitatem iudicabis & conualeſcentiam, quam vndecima indicat.

De ſeruis.

QVÆSTIO IV.

An ſerui vtiles.

VIde conuenientiam ſextę, ſeptimæ, & vndecimæ, & ſecundùm earum bonitatem & malitiam iudica.

An fidelis ſit futurus ſeruus.

Si prima, ſexta, nona, decima bonæ, intrantes & fortunatæ, bonum eos comparare & conducere, malæ, contrà. Prima & ſexta in bonitate conuenientes, & decima & nona contrariæ, teſtéſque cum iudice boni, bonum & eos aut emere aut conducere, ſed ſuperſedendum per tot dies poſt tempus

pus quo conducere ſtatueras , quot ſunt puncta primæ fig.

An ſeruus fugitiuus capietur nec ne

QVÆSTIO V.

PRimò vide quod ſignum cadat in domum acquiſitionis, id eſt in ſecundã & qualis eſt iudex, ſi enim ibi ſint bonæ figuræ, ſeruus inuenietur & recuperabitur, ſi ſit

o o
o o o
o o o
o o

ille fugiet, ſi (the second figure above) capietur, & quod abſtulit reddetur: *domi* enim eſt, aut non longè procul, ſi in domo in qua erit

o
o
o
o

ſit ſignum retentionis, & in domo mortis ſit malum ſignum, aut mala figura, occidetur ſeruus in illa captura, ſi in quarta aut decima quinta ſit

o o o o
o o o
o o o
o o

recuperabitur, & è contrà, ſi in quartæ oppoſitione. I: in decima inueniantur.

De animalium minutorum vt ouium & similium emptione aut venditione.

QVÆSTIO VI.

DEtur prima petitori, ſexta & vndecima beſtiis, & ex earum natura iudica.

QVÆSTIONES DOMVS SEPTIMAE.

CAPVT VII.

De Amore.

QVÆSTIO I.

An Amor ſit durabilis.

AMorem firmæ fixæque in ſeptima figuræ, fixum indicant, mobiles mobilem, bicorporeæ mediocrem.

Idem indicat, ſi maximè fixæ figuræ ſint in angulis, aut mobiles in cadentibus, &c. ex his mediocritatem inuenies.

An

An quis ab amasia optatum sit consequuturus.

QVÆSTIO II.

SI prima septima sint bonæ, fortunatæ, intrantes,& conformes,bonam indicant fauoris obtentionem, & consequutionem amanti, si prima transeat in octauam, aut sextam,tunc res protrahetur,& sollicitatione indigebit,proinde ipse eam quæsiturus erit.

Quòd si sit in secunda, ipsa eum adibit, & quæret, & consequetur rem optatam, in loco per septimam figuram demonstrato.

Vide quæstionem sextam huius domus infrà.

An aliquum quis sit in coniugium ducturus.

QVÆSTIO III.

PRimò *An quis sit vxorem ducturus.*

Respice an prima sit in septima, vel si septima sit in decima, secunda autem in vndecima, nuptiæ enim tunc significantur aliàs non.

An eam autem quam quærit sit ducturus.

Datur prima quærenti, septima amasiæ, si

si vtraque sit figura calida & coniuncta cum calidis, bonum significant, si maximè anguli testes, & iudex, in totum aut maiori ex parte faueant.

Figura calidior ex septima & prima, maiorem inclinationem ad amorem dabit.

Quòd si vna ex his (prima aut septima) sit frigida, calidis tamen temperata, bonum erit & benè sperandum.

Quòd si prima transeat in septimam, certissimum prædicit euentum, ídque magis si figura sit calida, quod & idem est si secunda calida existens transeat in octauam.

Quòd si dictæ figuræ discordent, effectum omninò negabunt.

Si calidæ aut fortunatæ figuræ, hîcque conuenientes sunt in quarta, quinta, decima, vndecima, testibus, & iudice, fiet matrimonium.

Videtur prima & secunda & simul qualis mascula erit aut fœmina, & an septima & octaua sint bonæ, copulam enim significant.

Detur prima & secunda homini, septima & octaua mulieri, prima enim hominem, secunda eius substantiam, septima mulierem, octaua illius dotem significat.

Si

Si ſint hæ figuræ bonæ, intrantes, fixæ, bonum effectum indicant, & è contra, ſi tertia prima & ſeptima concordent, per nũtios fiet matrimoniũ, eòq; magis ſi ſecunda conueniat cum tertia.

Quod ſi quarta cum prima & ſeptima conueniat fiet mediante patre, & alio parente paterno, eóq; magis ſi conſentiat decima quinta.

Si contrarietas figurarum ſit in ſecunda *imparitate diuitiarum impeditum iri* matrimonium ſignificat.

Si contrarietas ſit in octaua, impedimẽtum propter dotem. Videbis *autem vtrâ* ex parte venturum ſit *impedimentum*, à natura figurarum.

Si prima & ſeptima ſint contrariæ & infortunatæ & vna tranſeat in ſextam, impedimentum à deformitate corporis aut morbo indicat.

Videbis autem vnde hîc *defectus ſit futurus* ex natura *figurarum*.

Si prima tranſeat in ſeptimam, & vndecimam, obtinebit effectum ſui quæſiti, ſeu de amaſia ſit, ſeu de futura coniuge.

An mulier autem, ſit aliquem in maritum obtentura.

Videat ſeptimam & octauam, ſi enim ſeptima cum octaua iungatur, obtinebit.

An Coniunx aut Amasia casta sit.

o o o o o o o
SI in septima sit o o o o o
o o o o o o
o o o o o
o o
o o castam, o o o o o o o
o o o o o o o o o o
o o o o o o o o o
o o o o o o o o
o o o
o o corruptionem eius, filiorúmque
o o o o ab *ipsa producendorum* luxu-
o o o
riam.

Vide primam, septimam, duodecimam,
o o o
& octauam, in quibus sit sit o o
o o o o
o o o
o o o o
o o o o aut hæ figuræ seipsas inuicem
o o o o producant, aut saltem vna ex
o o o
his ex aliis nascatur, impudicam significant.
o o o o o o o
Si sit o o o o o o o o
o o o o o o o o
o o o o o o
castam indicant.

Si

o
Si o nascatur in nona, aut septima, & sit
o o in prima aut nona, diligit ipsa iuue-
o
nem imberbem.

o o o o
Si o o aut o non possunt indicare ama-
o o o o ti qualitatem.
o o o

o o
Si o o ab illis malis figuris in his domibus
o o producatur, meretricem publicam
o o
significat.

o
Si o o adulteram secretam.
o o
o

o o
Si o o sit in duodecima, & conformetur
o o cum septima, aut octaua, extranei
o
ipsam amore serui consumi significat & indicat.

o o o
o Idem quod. o
o o o o
o o o

De *Abano*.

Vide primam sextam, septimam, octa-

uam, & duodecimam, in quibus ſi ſint figuræ bonæ,& fortunatæ, caſtam,& honeſtam indicabunt, eóque magis ſi alias ad domos tranſeant,& è contra ſi malignæ ſint ídque magis itidem ſi mutentur in aliáſque domos tranſeant.

o o
Si autem ibi ſit aut hîc naſcatur o o
o o
o o

figura quidem bona, ſed multitudinem in-
o
dicans,aut o adulteram cum quodam
o o iuuene indicabit, ſi verò
o o
ſint in ſexta aut ſeptima publicam meretricem indicant.

Sì ibidem id eſt in ſexta aut ſeptima, ſit
o o
o & in prædicta loca quinque mutetur,
o o idem ſignificat.
o o

o o o o
Idem etiam ſignificabunt. o o o
o o o o
o o o

o o
o o o
o o o o
o o o o

o o
Quò magis etiam multiplicabitur, o o
o o
o o

eò meretriciis artibus magis obnoxiam indicabit.

Quòd ſi à malis ſuprà datis producatur,
o
o o aliquantum honeſtiorem , ſed ſecretis
o o maculatam adulteriis indicat.
o

o o
Quòd ſi o o in duodecimã cadat ex il-
o o lis educta, miſcetur cum
o
ſeruis & vilibus,& eſt quaſi ſodomitica.

o o o
Si oriatur ab illis duabus o aut o in
o o o o
o o o
duodecima, cum iuuene extraneo copulatur, conſultis tamen teſtibus & iudice, ſi nempe concordent naturâ.

De *puellæ virginitate aut corruptione.*

QVÆSTIO V.

DEtur prima quærenti, ſeptima puellæ, quòd ſi ibi ſit figura terrea, aut aquea virginitatem: aëria, aut ignea pollutionem, & corruptionem iudicabit.

Si ſeptima (*Virginitatis*) igneis aut aëreis concomitetur, ipſa multis procis ſollicitatur, cum quodam corruptionis, aut conſtuprationis periculo, contrarium iudicabunt

terreæ & aqueæ ſeptimæ comites.

Si quatuor anguli, teſtes, & iudex ſint omnes aut maiori ex parte fixæ, terreæ, aut aqueæ, ipſis eius confirmatur impudicitia.

Idem iudicabis ſi quæratur de *Caſtitate viduæ* aut de pudicitia alicuius *nuptæ*, examinando vt ſuprà primam, ſeptimam, octauam & duodecimam cum figuris ex ipſis genitis.

o o o o
Si enim ea ſint o o o o aut
o o o o o
o o o o o

o o
o aut etiamnum
o o
o o

o
o o non virginem
o o nec caſtam iu-
o o dicabunt.

o o o o o
Si verò ſint o o o o o aut ſe-
o o o o o cundùm
o o o alios

o
o o virginitatis & pudicitiæ ſpem faciunt.
o
o

o
Si o ſit in ſexta, ſeptima, & octaua, (ex
o o his enim orietur o o
o o o)nec ſolùm
o o impudicam
o o

& corruptam, ſed & cunctis proſtitutam, lucrúm-

lucrúmque publicâ proſtitutione quæren-
tem iudicabunt : ídque etiamſi in illis locis
o o o o o
o concomitetur, o o & o ex hiſe-
o o o o o o nim etiá
o o o o

o o
orietur. o o
o o
o o

o o
Si in ſeptima ſit o o amorem eius in vi-
o o lem & abiectum
o o

o o
ſeruum, & extraneum iudicabit; o verò
o o
o o
in imberbem adoleſcentem.

Iudica etiam de reduplicatione frequẽti
o o
o o vt dictum eſt ſuprà.
o o
o o

Quòd ſi ex illis ſexta, ſeptima, octaua
o
oriatur o o adulteria occulta ſignifi-
o o cat.
o

o
Si in ſeptima denique cadat o o ſodo-
o
o o

miticam corruptionem indicabit.

De *amore lasciuo & communi.*

QVÆSTIO VI.

SI quis quærat an ab amasia aliquis diligatur, detur prima quærenti, septima mulieri, quinta desiderio, tertia amori parentum, vicinorum, amicorum, sociorum, vndecima amico graui, bonæ fortunæ, certæ spei, quarta fini quæstionis, decima victoriæ omnium impedimentorum.

Si ibi sint figuræ bonæ & fortunatæ vel reperiantur hæ

o o	o	o	o o	o	o
o	o o	o	o	o	o
o o	o	o o	o	o	o o
o o	o o	o o	o o	o o	o

(quæ amorem lasciuũ vulgarémque significant) cum angulis testibus & iudice, (dũmodò castitatis figuræ

o	o o	o o	o o	o o
o o	o o	o	o o	o o
o o	o o	o	o	o
o	o	o	o	o o

non sint) feruentẽ, prosperúmque indicabunt amorem, vt è contrà contingentibus aliis.

Si prima transeat in septimam, aut quartam, aut quintam, facilè mulierem posse obtineri.

Si

Si prima calidior ſit ſeptimâ, aut ſeptima ſit calidior primâ, intenſiorem inde iudica amorem.

Si ſint figuræ frigidæ calidis concomitatæ, aut calidas ſaltem producentes, ſpes omninò non aberit fruitionis. Vide autem in quas domos mutentur hæ figuræ primæ, aut ſeptimæ, eos enim aut inimicos aut mediatores pro contrarietate aut conformitate hîc habere poteris, quos domus repræſentabit.

Vter prior è coniugatis moriturus?

QVÆSTIO VII.

INſpice primam & ſeptimam, ſi enim pro muliere fiat quæſtio prima, ſi pro viro ſeptima eſt inſpicienda.

Si autem in prima eſt figura intrans, & ſecunda ſit etiam bona, & ſi ſeptima ſit exiens (ſeu bonum au malum portendat) hominem priùs moriturum.

Si in ſeptima ſit figura intrans & conuertibilis ad bonum, & in prima ſit exiens, & conuertibilis ad malum, mulierem præmorituram ſignificabit.

De lite aut bello.

QVÆSTIO VIII.

PRo lite bellóque ſuſcipiendo, detur prima quærenti, ſecunda eius facultatibus, quarta fini, quinta deſiderio, ſeptima inimico, decima iudici aut victoriæ.

Si prima tranſeat in decimam, quærenti victoria dabitur, ſi ſeptima tranſeat in decimam, inimico dabitur, ſi prima tranſeat in ſeptimam, concordiam ſignificat. Idque eo mediante cuius domus figura vtríque reſpondet, ſi decima, per iudices, aut nobiles, nona, Eccleſiaſticos, &c.

Si figuræ primæ, quartæ, quintæ & decimæ, bonæ ſint, & ſeptima infœlix, fauentibus tamē teſtibus aut iudice, victoria quærenti dabitur.

Si melioribus comitata ſit figuris ſeptima, hoſtis eſt eam reportaturus.

Quòd ſi in prima aut ſeptima ſit

o
o o
o
o o

forcluſionem illius cuius in domo erit.

Si

o
o o
o
o

concordiam tandem à parte illius, in cuius domo inuenientur.

o o   o o
Si o o   o   maximam diſcordiam, ſi
o o   o o   etiam in ſextam, octauam,
o   o o   aut duodecimam, prima
tranſeat, damnum quærenti, ſi ſeptima, in illas domos mutetur, inimico damnum.

Si meliores figuræ malis præſtent, eáſque in ſchemate ſuperent, concordiam ſignificabunt.

Si in primam, quartam, & octauã cadat

o	o o	o	o	o o	o o
o	o o	o	o o	o o	o
o o	o	o	o o	o o	o o
o	o	o o	o	o	o o

malum quærenti.

Si in ſeptimam cadat figura ♄, aut ♂, & tranſeat illa in decimam, quærens meliorem obtinebit optatorum partem.

De furto.

QVÆSTIO IX.

DE fure, furto, locóque repoſitionis rei furto ablatæ, furem ſeptima, rem ablatam ſecunda ſignificat, quarta primum repoſitionis locum.

Si hæ figuræ ſint fixæ, aut ſaltem bonæ, poterit furtum recuperari.

Si ſecunda tranſeat in quintam, ſeptimã, decimam aut duodecimam, ſpem recuperandi faciet ſi bona ſit, ſi mala, periculum totalis perditionis, ſi maximè hæ figuræ ſint inui-

inuicem contrariæ & malæ, & ſecunda aut decima tranſeant in octauam aut ſeptimam, rem in latronis adhuc eſſe poteſtate indicabunt, eóque magis ſi iudex teſtéſque conſentiant.

Pro latronis conditione, vide an ſeptima ſit in aliquâ aliâ domo.

Si enim in tertia, fratrem, amicum, parentem aut vicinum, indicabit, nona, religioſum aut Eccleſiaſticum, quarta partem, quinta *filium*, ſexta ſeruum &c.

Si in ſeptima ſit figura ☿, indicat literatum, ſcriptorem, nautam aut aquis delectatum, ſi (o o o / o o o / o o o / o o o) clericum aut aliquem boni hominis & famæ.

Si prima ſit in ſexta, aut decima, rem negligentia poſſeſſoris ablatam, nec tamen ſine ſpe recuperationis.

Si in ſeptimam mutetur, furtum in latronis eſſe poteſtate indicabit.

Si ſeptima ſit in tertia, aut quarta, aut duodecima, nec ſubſit ſuſpicio latronem fuiſſe in illis domibus, indicat tunc furem fugam meditari, aut occultationem, ipſúmque vel aufugiſſe, aut latitare.

Si quatuor anguli & iudex in totum aut maiori parte ſint boni, dant ſpem recuperationis.

Si quarta figura ſit bona, fixa, bonum indicat,

o o   o   o o   o
o   o o   o   o
dicat, ſi ſit aëria, vt o o o o o o o o rem la-
o   o o   o o   o

tere in parte verſus orientem.

Si ignea, verſus meridiem, ſi terreſtris, verſus occidentalem plagam, ſi aquea, ſeptentrionem.

Quod ſi furtum alicubi ſepultum latere credatur, v.g. in camerâ quadam, turri, naue, vt illud ſcias, reſpice ad naturam quartæ figuræ *cuius naturæ ſit, tunc enim locum* aquaticum, aëri expoſitum, aut terreſtrem indicabit, vt diximus ſuprà pagina 298. cùm de theſauro occulto diceremus.

o o   o
o   o
Si autem *in ſecunda ſit* o o o o locum
o o o o

aridum, ſiccum, ſaxoſum, fornaces, & fur-
o o
o
nos o o locum rubrum, aut armis reſeruan-
o o

dis aptum indica*bit, in* eáque rem latere.

o   Lupanar, locum ruinoſum, & apertum,
o o propè quem ſit focus, aut fornax, radiis
o   ſolaribus expoſitum, aut coctis è lapi-
o o dibus conſtructum.

o   Locum publicum, & vias publicas, de-
o   lectabilem, pulchrum, nobilis alicuius
o o aut prædiuitis poſſeſſionibus vicinum,
o   iuxtà quem etiam ſunt picturæ, arbores, herbæ, & alia viſum recreantia.

o o o Locum mundum, nitidum, lu-
o o o minoſum, apertum, ſolíſque ra-
o o o o diis expoſitum, herbis repletum,
o o o ſeu ſit Eccleſia, oratorium, aut
locus religioſis, iudicibúſque dicatus.

o o
o
o
o
Locum conuenientem, mundum, ſed ſtrictum & anguſtum.

o o Locum partim nitidum, partim ſordi-
o o dum, & humidum, fonti vicinum, flu-
o uio, lacui, aut lauacro, arboribus &
o o herbis, paruæ quidem longitudinis lo-
cum, ſed latitudinis amplæ.

o o o
o o o
o o o
o o o
Locum humidum, ruinoſum, arboribus herbíſque, aut frumento conſitum.

o o o Locum obſcurum, terreſtrem,
o o o o occultum, ſordidum, fortaſſè
o o o o rotundum, aut quadratum,
o o profundum.

o o o
o o
o o o
o o o o
Locum longum, anguſtum, & ſtrictum.

o
o o Locum longum, ſtrictum, anguſtum &
o obſcurum.
o

In sexta si sit tronem, colore ris significa to

o o o o o
o o o o
o o o o
o o o o o

indicabit la ab his figu- indutum.

Quum occurrunt hæ figuræ in domo suspecti alicuius de latrocinio, falsum accusant.

o o   o o   o o   o   o o
o   o o   o o   o o   o
o o   o   o   o   o
o   o   o o   o   o

Colores figurarum.			
o o o o o o colorem griseum.	o o o o o o cęruleum albicātē.	o o o o o o o o o o o o albū vel ruffum.	o o o o o o o o o o o o o o rubrum.
o o o o o cœlestem	o o o o o o o viridem.	o o o o o o o o o o o o o nigrum.	o o o o o o o o o o o o citrinum album.
Nigrum sed	o o o o o o o o o o	cū bonis albū.	

De ſocietate, eiúſque qualitate, & lucro.

QVÆSTIO X.

SI prima, ſecunda, quinta, ſeptima, vndecima ſint bonæ, fixæ, fortunatæ, fideles & amicos ſodales indicabunt. eóque magis ſi ſecunda, & ſeptima ſint tales, & è contrà, ſi ſint infortunatæ & mobiles.

Cuius autem ex parte ipſa iam inita & pacta eſt reſoluenda, patebit ex illa parte quæ plura inſtabilia ſigna viciniora habebit, vt dictum eſt ſuprà de matrimonio.

An ſit ſocietas ineunda. Vide ſi prima cõiungatur tertiæ, quintæ, ſeptimæ, nonæ, aut decimæ domus ſigno, vero, ſi foueatur, & adiuuetur à bonis & benignis ſignis, bona erit, ſin minùs, vide quorſum & cuius è parte diſſolutio ſit futura. Modo quo ſuprà.

Prima figura eadem cum ſecunda, vtráque bóna, ſeptima etiam cum octaua itidẽ bona, vtilitatem & lucrum.

Prima mala, & ſexta bona, in initio rixas, concordiâ tamen tandem pellendas indicat, vt è contrà, ſextâ malâ, prima bonâ.

Si prima & ſeptima, ſecunda, & octaua bonæ ſint, perpetuam concordiam cum lucro, ſi maximè iudex aſſentiatur.

De

De absente.

QVÆSTIO XI.

SI (o o / o / o o / o o) ſit in tertia & in octaua, periculum ab igne ipſi minatur.

Si (o / o / o / o o) naſcatur ex prima, & ſeptima, & decima annuerit, idem ſignificat: malum denique ipſi datur, ſi ex illis naſcatur (o o / o / o o / o o) (o o / o o / o o / o) (o / o o / o o / o) & maximè ſi ſit etiam in ſexta (o o / o o / o o / o o) & octaua, aut prima & duodecima, vultures propè cadauer indicabit &c. vide ſuprà in quæſtionibus octauæ domus, illuc enim vtilius refertur hæc quæſtio.

De *bello aut pace.*

QVÆSTIO XII.

Bellúmne an pax futura.

DEtur prima vni ex exercitibus, & ſeptima alteri, vide vbinam ſint malæ fi-

guræ, & bellum ſignificantes, quales ſunt

o   o   o   o   o o
o o   o   o   o   o
o   o o   o   o o   o o
o o   o o   o o   o   o o

de quibus ſuprà quum de litibus ageremus. Si enim figuræ bellum indicantes ſint in prima, aut ſeptima, & ſint malignæ, bellum prædicunt.

Si figuræ primæ & ſeptimæ ſunt naturaliter fortunatæ, intrantes, & bonæ, pacem, malæ, bellum indicant: eóque grauius quò maior earum erit malitia, victoriam parti fortioribus & melioribus concomitatæ decernens & è contra.

Figuræ pro bello fortunatæ ſunt

o o   o   o o   o o
o o   o o   o   o
o   o o   o   o
o o   o o   o   o o

Infortunatę verò, & peſſimæ naturæ ſunt

o   o   o o
o o   o o   o o
o o   o   o o
o   o o   o

Si

o o   o o
o o   o
o o   o
o o   o o

(melius

o
o
o o
o

) ſit in ſeptima, ſexta, octaua, aut duodecima, grauem & inſignem ſanguinis effuſionem portendent, ſine vlla pietate & cum fugâ.

Si

o
o
o o
o

in ſeptima & octaua duplicitur, glorioſam victoriam, reſpiciendo tamen ad deci-

decimam, decimam quintam, & primam figuram cum earum translationibus & coniunctionibus.

Si [geomantic figures] sint in octaua, bellum atrocissimum, incendia, cædes incarcerationes, &c.

An bonum sit in bellum proficisci.

QVÆSTIO XIII.

Si [geomantic figures] sint in coniunctione mala scilicet cum figura ♄ aut ♂, sintque orientales, id est in plaga Orientali, tunc enim malæ erunt, si Occidentali, bonæ.

Si [geomantic figures] sint in prima, & transeant in sextam, bonum indicant quærenti successum.

Si in septimá cadat figura ♂ aut ♄, victoriam designant, quæ figura ♂ aut ☿ victoriam designat hostibus, & fortiores in-

dicabit si transeat in decimam.

An quis habeat inimicos.

QVÆSTIO XIIII.


DAtur prima quærenti, secunda acquisitioni, septima publicis inimicis, duodecima priuatis inimicis, decima victoriæ.

Si ibi sint figuræ amorem significantes, aut in omnibus, aut maiori earum parte, nullos aut non saltem timendos indicat inimicos.


Quòd si in illis sint malæ figuræ, & maximè in malis signis, timendi sunt.

Si in malis domibus sint figuræ amoris, aut illis conformes, (dummodò testes & anguli consentiant, bonúmque indicent) concordiam significabunt.

Figuræ autem pacem & concordiam significantes.



Figuræ odium, discordiam, bellum, inimicos designantes.



Figuræ

Figuræ inter vtráſque dubiæ.

o o	o	o o	o	o o
o o	o o	o	o	o o
o o	o o	o	o	o o
o	o	o o	o	o o

An aliquis lædetur ab inimicis.

QVÆSTIO XV.

SI ſeptima ſit fortunata & beneuola, minimi momenti inimicitias indicabit, *niſi* fuerit mulier inimica, cuius animus vindictam ſemper cupit:

Si ſeptima infortunata, fortíſque ſit, inimicitiam grauem potentémque indicat inimicum, eóque magis ſi in duodecima ſit maligna, decima quinta conſentiens: iudica etiam ſecundùm naturam primæ & ſeptimæ, & ſecundùm correſpondentiam earum cum angulis.

Si prima & ſexta ſint bonæ, intrantes, & fortunatæ, & ſeptima tranſeat ad coniunctionem cum prima, aut prima cum ſeptima, reconciliationem, concordiámque ſignificat.

Quòd ſi figura bona quæ primæ aut ſeptimæ iungitur, tranſeat in aliam domum, concordiam & reconciliationem, ope illius qui deſignatur ab illa

domo indicat, tertia enim fratrem, aut amicum, aut parentem, quarta patrem, quinta filios &c. huius reconciliationis medios designat.

QVÆSTIONES OCTAVÆ DOMVS.

CAPVT VIII.

De Morte.

QVÆSTIO I.

CVm de morte eiúsq; genere quæritur. Detur prima quærenti eiúsque vitæ, septima morti eiúsq; generi, bona enim ibi figura, bonam & laudabilem, mala, malam indicat mortem, consentientibus tamen angulis, testibus & iudice. Examina proinde exactè naturam figurarum essentialem, &c. quæ suprà.

An aliquis sit mortuus vel viuus & vbinam sit.

QVÆSTIO II.

DEtur prima petitori, septima & octaua rei petitæ, Bonæ ac fixæ, ac bonis in locis,

locis,& ſine mutatione, vitam; aliæ mortem deſignant.

Si quæ illarum tranſit in duodecimam, aut mortuus eſt, aut grauiter ægrotat, aut incarceratur.

Eſt autem in illa quarta mundi, quam figura primæ, quartæ, ſeptimæ, & decimę deſignant, prima ſignificat Orientem, ſeptima Occidentem, decima meridiem, quarta ſeptentionem.

De Timore.

An res de qua timetur contingere debeat.

QVÆSTIO III.

SI quis infamiam timeat, aut aliud, exitúmque in bonum vel malum velit explorare.

Detur prima quærenti, ſecunda triſtitiæ, octaua timori, & periculo, vndecima calamitati, decima victoriæ.

Si enim ibi ſint figuræ fortunatæ, aut ſi prima non mutans locum, bonis ſit comitata, & à iudice angulis teſtibúſque aut omnibus aut maiori ex parte adiuta, bonam ſpem.

Prima bona in bonam domum tranſiens, vt quintam, decimam, vndecimam, aut ſaltem in malam, non cadentem, bonum itidem indicat.

Nec prima ſola eſt conſideranda ſi bona, boníſque venit comitata, ſed & ſi bonas etiam producat ex ſe, aut mutetur in domos fortunatas.

Si prima ſit infortunata, timetur aliquod vitæ periculum, ſi ſecunda, ſubſtantiæ, & bonorum detrimentum, Conſiderando tamen decimæ quintæ conſenſum, quæ cum quarta, finem ſemper indicat: vt dictum eſt ſuprà.

Vide prætereà an in octaua, & duodecima ſint figuræ fortunatæ, quærentem enim periculum vitæ à ſe propulſurum indicabunt, quod indicatur per octauam; aut alias calamitates per duodecimam deſignatas.

Si in octauam cadat figura ♄, vel ♂, periculum occiſionis, quod timebat incurret, conſentiente videlicet decima quinta.

Si in duodecimam cadat

o	o o	o	o
o	o o	o	o
o	o o	o o	o o
o	o o	o o	o o

,

o
o o
o
o o

declinationem cum fugâ talis periculi iudicat, conſentiente tamen ſemper & fauente decima quinta,

De Abano, prima, ſecunda, octaua, duodecima fortunatæ, incurſionem in illud indicant.

Prima coniuncta octauæ, damnum in vitâ, coniuncta verò ſeptimæ, aut nonæ, damnum in facultatibus indicat.

Geb. ſi vndecima ſit bona, & nona mala,

la, sitque figura ♄ aut ♂ in prima, mortem significat.

De absente.

QVÆSTIO IV.

Absentis statum & reditum indagare.

PRima datur quærenti, octaua absenti, prima bona & fortunata, transiens in octauam, aut octaua transiens in bonam aliquam domum, bonum indicat, absentem videlicet valere.

Si octaua transeat in sextam, aut duodecimam, ipsum aut ægrotare, incarcerari, aut saltem grauiter afflictari indicat, aut iam mortuum, & sepultum. Quod confirmabitur ab angulis, testibus & iudice.

Si septima quæ locum distantem indicat, & octaua sint figuræ bonæ, bonum, malæ, malum indicant.

Si absens sit frater, filius, pater, amicus, religiosus, iudex, examinabis figuram domus eius, tertiæ videlicet quintæ, quartæ, vndecimæ, nonæ, decimæ, &c.

Versus quam mundi plagam versetur, vide suprà hoc capit. quæst. 2.

Si prima, septima, & octaua sint fortunatæ, bonum absentis statum sanitatémque arguunt; & è contrà: ídque magis si sexta infortunetur, vt dictum est.

Prima transiens in octauam, consentiente aut non renuente decima, & decima quinta illum mortuum indicat, aut si cum prima aut octaua, aut decima, aut decimaquinta, iungatur, & propè sint

o o o o
o o o
o o o
o o o

o o
o
o o
o o

Secunda fortunata, & conformis bonæ octauæ, ipsius absentis copiosas opes designat, sic iudica de coniunctione figuræ octauæ, cum aliis secundùm domorum proprietates, quarum prima vitam huius &c. aliæ ordine iudicant vt sequitur.

1 2 3 4 5 6
Natus, vincit, fratrem, pater, filium, infirmus,
7 8 9 10 11 12
Vxorē, Mors, errat, regnat, fortuna, incarcerat.

Quod alij hoc disticho comprehenderunt.

Vita, lucrum, fratres, patres, nati, valetudo,
Vxor, mors, pietas, regnū, benefactáque, carcer.

Nos autem hoc sequenti pentasticho.

Vitam prima dabit, lucrū altera, tertia fratres.
Quarta patrē, natos dat quinta, at sexta dolores
Septima coniugium & lites, octaua sepulchrū,
Nona vias, dat decima duces, vndenáque amicos,
Vltima vult hostes, & carcere multa recondit.

si

Si prima transeat in sextam, sitque infortunata, lethales portendit morbos si maximè sit

Si in septima, multis implicitum litibus, & altercationibus, libidinosum.

Si in octaua, malignum, timidum, si mala sit, & in mortis periculo.

Si in nona multa ipsius itinera, & variam scientiam si sit bona.

In decima bona figura nobilibus seruire, & in honore apud ipsos constitutum.

In vndecima bona, multos amicos, bonã fortunam.

Si in duodecima, & sit transiens in decimãtertiã, multa itinera pro quibusdam decimæ domus cum lucro, si verò transeat in decimamquartam figura fortunata, summam amicorum copiam &c.

An reuersurus, aut alia suscepturus itinera.

Vide primam & nonam, si ibi sit breui reuersurum indicabunt.

Si breuiorem eius aduentum.

Si prima bona, sit in octaua, breuissimum aduentum, scilicet intrà mensem, si longiùs absit,

abſit, ſi in ſecundam cadat, intrà duos menſes, &c. ſequendo ordine domorum.

Si tamen o / o o / o ſola reperiatur in prima, notat abſentem meditari peregrinationem.

Si in ſecunda tam ſubitò iter non ſuſcepturum.

Si in tertia, iam iam itineri ſe daturum.

Si in quarta, iter ad patrem dirigere.

In quinta ad filios, in ſexta viam improſperam habere.

QVÆSTIONES NONÆ DOMVS.

CAPVT IX.

De Itineribus, An iter ſit faciendum.

QVÆSTIO I.

IAM, ſi ſit inſtituenda profectio in partes alias, aut peregrinas, quóue die ſit incipienda, vide ſi in nonam bona figura cadat, cum proſperitate incipiendum indicat iter: ſi ibidem ſit fortunata & bona figura, lucrũ multum, mediocris mediocre &c. iudica; Iudice tamen conſentiente.

Vide autem in quam domum prima (quæ quærenti datur) tranſeat, ex illa enim iudicatur quorſum illa inſtituatur profectio,

ctio, ſi enim in tertiam tranſeat, propter amicos, aut fratres inſtitui &c. iudicabis, ſecundùm attributa aliis domibus, ſi maximè eadem aut ei conformis tranſeat in decimamquintam.

Qualitatem autem *Itineris* diſces, ſi inſtituatur, aut per aquam aut per terram.

Maritimum enim ſi inſtituas vide an

o o   o o
o o aut o   ſunt in prima, & tranſeant in de-
o o   o o
 o   o o

cimam, nonam, aut octauam, ſi communicent ſic cum malis, ſubmerſionem indicant cum proficiſcentis morte.

Si in octauam tranſeat fortunata figura, terribilia & periculoſa declinanda indicat, tam in amplis fluuiis, quàm ipſo mari.

De Abano.

Si prima (in aquatio) nona, decima, bonæ ſint, & fortunatæ, aqueæ aut aëriæ, bonum & fortunatum proceſſum indicat, eóque magis ſi decima quinta conſentiat.

o o   o o   o
Quòd ſi in illis ſint o o   o   o o
o o   o o   o o
o   o o   o

naufragium & graue infortunium.

 o
Si o o   in tertia ſit, iter non complen-
o o   dum ſignificat.
 o

o o
Si o o in domo itinerum sit in tertia,
o
o o
aut nona, copias aquarum indicat.

In nona si signum humidum habeat, planetam humidum, aut ♄ tempestates, & infortunia in itinere.

o
o o in nona tardum saltem regressum
o o
o

o
si aliæ obitum negent, o o tamen me-
o o
o

o o
lior est, o nauem enim significat. o o
o o o
o o

o
Quod si terrestre suscipiatur *iter*, o
o
o

o
præualet, o o si tamen cadat in do-
o o
o

mum itineris, (in tertiam videlicet pro *breuibus* in nonam pro *longis*.

o o
Bona itidem iisdem est o o quæ iti-
o o
o o neri

neribus & nuntiis est commodissima.

o o o o o o o
Si o o o o o cadant in
o o o o o
o o o o o o o o
domum itineris, pessimæ sunt.

o o o o
o o o bonæ, aut aliæ quæuis intran-
o o o
o o

tes & fortunatæ *in domum itineris ca*dentes, eóque magis si transeant in bonas domos.

o
o in vndecima iter retardabit.
o o
o o

Si in secundam cadat bona figura, lucrum indicat, si mala contrarium.

Si prima septima melior sit, non mouendum aut saltem *melius esse manere quàm proficisci è contrà.*

Si dubitet an sit profecturus.

Si in secundã (*pro breui*) in nonã (*pro longo*

o o o
itinere) cadat o aut o o & similis,
o o o
o o

bonum, si figura ħ, occursum hominis alicuius vilis, seruilis, animalis, aut aliquod aliud impedimentum indicat, vel infidelitatem, fraudes, labores, morbos.

Si

o o
Si in illam cadat o o aquarum pro
o
o o

fluuiis & cataclyſmis iter impeditum iri, aut copioſas lachrymas (quamuis aquaticis aliquo modo conueniat.)

o o
Si cadat o leuius impedimentum
o
o o

o o o o o
quàm ſi cadat o o o o o o
o o o o o o
o o o o o o o

quæ quidem inſignem viatori iniuriam, grauéque damnum & impedimentum portendunt, aut morbum.

Si prima tranſeat in ſeptimam, (quæ locum quo viator proficiſcitur ſignificat vt prima quærentem) iter bonum ſignificat, vt & ſi prima bona tranſeat in tertiam nonam, quintam, decimam, vndecimam, non autem in domos periculoſas quæ ſunt ſexta, octaua, duodecima.

Vt autem ſcias quæ *itineranti* ſunt *futu-*

o
ra accidentia ſi o ſit in prima, tran-
o o
o o

ſiens in decimam, ad Regem aut aliquem Magnatem proficiſci ſignificat, quæ ſi bonis

nis ſit comitata, à bonis procreata, nec in malis domibus duplicata, iter deſideratum cum fine optato ſignificat.

o
Si in prima & decima ſit o o ad iudices
o o
o o
proficiſci indicat, eorúmque tribunal.

Si ipſa tranſeat in ſeptimam, propter mulierem inſtitutum iter: quod confirmatur per decimamquintam, per octauam vt ſociam, & ſecundam vt filiam ſeptimæ, ſi ſint fœmineæ.

o o tranſiés in quin-
Si enim prima ſit o o tam, & ſeptimã,
o propter mulieres
o peregrinationem
quæ ſi tranſeat in ſextam, aut duodecimam, pro beſtiis aut ſeruis inſtitutam.

o o
Si in prima ſit o o ex qua naſcatur aut
o o
o
o o o o
o aut o o in domum itineris cadentes,
o o o o
o o o
o o
idem periculum indicant o quidem ſan-
o o
o o
guinis profuſionem & vulnera, furtum aut incendium ſiguificat.

o o In prima, transiens in quartam, aut nas-
o cens ex seipso, aut seipso etiam comita-
o o tus, ignem & incendia metuenda.
o o

o è prima transeat in septimam, &
Si o transeat adhuc in decimam, co-
o mitata infortunatis, mortem
o o violentam, aut per suspicionem
indicabit.

Si in *aquatica peregrinatione* in prima sit
o o o o & transeat in octauã, aut ma-
o aut o o lis concomitetur, nauem non
o o o o esse intrandam, illius enim
o o o submersionem denotant, cũ
omnium contentorum iacturâ, quòd si ni-
hilominùs his in prima existentibus, in
octauam cadat bona figura, euasionem à
morte significabit.

o o
o o submersionem etiam significat, si ma-
o o ximè in eadem loca transeat.
o o

Fortunatum aut infortunatum iter eiúsque accidentia.

QVÆSTIO II.

Itineris accidentia.

SI in prima sit (o o / o o / o o / o) in secunda (o o / o / o o / o o) ne na-
uem

uem ingrediaris.

o o   o o   o
o in nona, aut o o aut o o lattones inue-
o   o o   o o
o o   o o   o

nies in viâ.

Si in ſexta aut duodecima ſint figuræ mobiles & bonæ, euades periculum, ſi fixæ, non euades.

o o   o
Si o   & o ſint in ſexta aut duodeci-
o o   o o
o o   o

ma, damnum â militibus, aut armatis prædonibus.

Fortes figuræ in prima & ſecunda vt

o o   o o
o   & o o fortes erunt inimici tui ſuper te,
o o   o
o   o

o   o   o o
ſi debiles vt o   o   o latrones debiles
o   o o   o
o   o   o o

o o
indicat, ſi o o ſit, poterunt inimici nocere
o o
o o

o   o o
ſi o o & o o non.
o   o o
o   o

De Itineris fortunatione.

Detur prima viatori, ſecunda itineri, ſeptima loco profectionis, id eſt quò tendit, decima illi ad quem proficiſcitur, ſi ibi ſint bonæ figuræ, bonum ſucceſſum, ſi prima ſit infortunata, infortunatum & faſtidioſum iter indicabit, iuuantibus tamen aliis domibus.

Prima infortunata tranſiens in ſextam, morbo laboraturum viatorem, morbóque ab ipſâ figurâ ſignóque eius deſignato.

Secunda cum ſeptima infortunatæ, grauem & faſtidioſam indicant iacturam, ſi tamen prima, ſecunda, tertia, quarta, nona & decima conſentiant: tunc enim infirmitatem mortémque & plerúmque violentam, ſeu occiſionem indicat.

o o   o o
Si in octaua & decima ſint o aut o o
o o   o o
o o   o

damnum, ſubmerſionem, damnúmque in bonis fortunæ: quòd ſi reliquæ malæ ſint, octaua duntaxat bonâ, naufragium quidem & ſubmerſionem, ſed cum vitæ tamen incolumitate.

Si prima habet figuram mutationis itineris, quæ ſit in coniunctione cum bonis itidem figuris, & ſignis: & recipiatur ab angulis, id eſt habeat angulos figuris ſuæ naturæ, planetæque ſui, aut ſigno planetario occupatos, bonum ſucceſſum. Vnde videbis quorſum ipſi fortuna fauere debeat.

Si prima, ſecunda, tertia, quarta, nona & decima ſint fortunatæ, & intrantes bonum fortunatum & vtile iter prædicent, ſi maximè decimaquinta conſentiat, quæ quindecima ſi ſit infortunata, bonum principium, malúmque finem arguet.

Si in prima, ſecunda, ſeptima, aut octaua

ſint

o o o o o o

ſint o o o o delectationem o o o o

o o o in itinere, o o o o

o o o o o

damnum & infortunium à ſeruis & ruſticis.

Si ibi ſint figuræ aqueæ, per loca humida & aquatica ſuſcipitur; ſi aëriæ, ad loca humida, pulchra, delectabilia, ſalubria: ſi igneæ, ad loca deſerta arida, montuoſa, petroſa, ſuperbos & malignos homines.

o

Si o ad meretricem.

o o

o

o o

Si o *inſidias à latronibus ſuperuenturas*

o o ſignificat.

o o

De ſomnio an verum aut falſum ſit.

QVÆSTIO III.

DEtur prima ſomnianti, nona ſomnio, tertia, ſexta, vndecima, quindecima rei petitæ, figuræ maſculinæ, veritatem, fœmininæ, falſitatem indicant.

DE BENEFICIO.

An sit beneficium quis obtenturus.

QVÆSTIO IV.

SI prima & nona sint fortunatæ bonam indicant sortem in Ecclesiasticis, eóque magis si prima transeat in decimam, aut si nona transeat in decimamquintam, síntq; fortunatæ, fixæ, & è contrà.

An quis ex opere famam aut infamiam sit consequuturus.

QVÆSTIO V.

Si prima & nona sint bonæ & fortunatæ, ipsíque consentiat decima quinta, honorem famámque designabunt, & è cōtrà.

Si in prima aut nona, sint figuræ ♀, illud fiet propter mulieres.

Si figuræ ♄, illud fiet propter hominem malæ vitæ, brutalem, sine lege & ratione, & vile.

Si ♂ figura, propter effusionem sanguinis, & opera ignea, seu pyrotechnica.

Si o aut o illud venturum propter
o o admissa furta, fornicatio-
o o o nes, & similia mala auxi-
o o o o lia, vt lenocinia &c.

Figura

Figura ☿ bona, intrans, & fortunata, bonam famam ex ſcientia & doctrina & opere quodam virtuoſo.

o o
Si o famam ex bona & laudabili
o o vitâ, & bona ſocietate.
o

o o o o illud futurum propter
Si o o o nobiles , prælatos &c.
o o eorúmque causâ.
o o

o o o
Si o o o illud fieri propter plebem,
o o o eiúsque cauſa iudicabit.
o o o

QVÆSTIONES DOMVS DECIMAE.

CAPVT X.

De Temporis variâ mutatione.

QVÆSTIO. I.

ELementum magis abundans in quæſtione in prima maximè & decima domo, temporis qualitatem deſignabit.

Ignis enim ſanitatem, aër, ventum & ſanitatem ; aqua , aëris corruptionem , & be-

ſtiarum terra frigiditatem & ſiccitatem.

Vide ſi in prima, decima, & vndecima ſint figuræ aqueæ, ipſæ enim pluuias, terreę, ſiccitatem pręſagiunt &c.

o o tamen naturaliter, pluuiam progno-
o o ſticat; vnde pro temporis prognoſti-
o o catione & mutatione, conſideretur
o prima & quarta, quindecima, & quatuordecima, quæ ſi ſunt aqueæ, aut magna ſaltem ex parte, pluuias indicant.

Mediocres pluuias indicant aërię; ariditatem, igneæ; terreæ, frigidam ſiccitatem.

Si inter filias ſint igneæ, & inter neptes aqueæ, decimaquinta conſentiente ſiccitatem initiò, humiditate exceptam, & è contrà ſignificat.

Si ibi ſint aqueæ, decimaquinta conſentiente pluuioſum annum: aëriæ, ex quibus

o o
o o naſcatur, diluuia, & inundationes.
o o
o o Hoc idem ſentit Cocles.

De Caritate aut abundantia.

QVÆSTIO II.

QVatur anguli quatuor anni tempeſtatibus referuntur, tum ad ipſarum qualitates & mutationes in pluuiam, ventos, ſerenitatem &c. ſecundùm naturam figurarũ illis inſitarum, tùm etiam pro penuria, ſeu

ſteri

ſterilitate aut facultate anni.

Si in illis ſint figuræ fixæ, & intrantes, copiam & vbertatem prædices,& è contra.

Orientales,temperiem, &c. Meridionales,& Septentrionales, ſiccitatem cum frigiditate hæ; illæ cum caliditate & ſterilitatem.

Si prima,ſecunda,quarta, & quinta ſint

o o   o   o o
fortunatæ figuræ o o   o o   &
o   o   o
o   o   o

o o
o o   vilitatem frumentorum, o   o
o o   o o   o
o   o   o
o o   o o

o o
o   aut in illis, aut illas concomitantes,
o o
o o

o   o
caritatem indicabunt,vt & o   o o
o o   o o
o o   o o

o o
in illis domibus. o o   tamen ſi cum bo-
o o
o o

nis inueniatur, pretium frumenti imminuit,ſi cum malis aut pretium augentibus, illud auget, ſi maximè ſit in nona aut decima,

Si prima, decima & vndecima, sint terreæ & fortunatæ, abundantiam, igneæ, caritatem indicant, &c. de aliis considerata tamen decima quinta & testibus.

In quam autem partem anni sit caritas hæc casura, considera primam & quartam, earúmque qualitates, prima enim bona, & quarta mala, caritatem sub finem anni, vilitatem in principio, & contrà indicabit, id est à mense Maio, dando, primam initio, quartam fini anni.

Quale autem granum abundabit aut rarescet. Vide si ibi sint

o o   o   o
o   o   o o
o o   o o   o o
o o   o   o o

quæ frumentum indicant.

o o   o
o o   o
o o   o
o o   o

omnia minuta grana,

o
o o
o o
o

o o
o o
o o
o

fabas & castaneas.

o o
o o
o o
o o

omnia generaliter significabit, quæ

Gebro in decima quinta vtilitatem frumen-

o o
mentorum ſemper indicabit,cui o o o
o o o o
o o o
contradicunt,ſi ſint in nona aut decima.

Sin verò in prima,ſecunda, aut cardini-
o o o o o
bus ſint o o o o o o mediocritatem.
o o o o
o o o

o o o o
o o o o & ſecundum bonita-
o o o o tem, malitiã,aut me-
o o o o o o diocritatatem figuræ.
Caritatem iudica.

De Rege & Regno.

QVÆSTIO. III.

Regi datur decima,vt & regno,& fidei, decima tertia ſeruis regiis, & magnatibus,prima aulicis,ſecunda populo.

Hæ quatuor cum aliis angulis ſunt conſiderandæ, ſi enim figura decimæ ſit in prima,ſitque bona, ſtabilitatem indicat.

Si ſit in ſecunda,beneuolentiam populi, cum bonorum prouentu.

In tertia bonos parentes, religioſorum à Rege dilectionem.

In quarta,continuationem in ſuo regno, cum multis hæreditatibus.

In quinta,gloriam ipſi,regni dilatationẽ, filij

filij regij natiuitatem.

In ſexta, infirmitatem, caueat à veneno, amabitur tamen à ſuis.

In ſeptima, crudelitatem in populum, amorem in fœminas.

In octaua, debilem in regno cum timore populi, timebítque rebellionem.

In nona, peregrinationem ad adipiſcendas ſcientias, erítque vir iuſtus, Deum timens, iuſtúſque iudex, falſitatis vltor, &c.

De victoria vter eam ſit reportaturus.

QVÆSTIO IV.

QVamuis hæc quæſtio ad domum litis & belli quæ eſt ſeptima meliùs referri videretur, tamen quia in hac eſt quoddam iudicium, eóque ad decimam pertineat, hîc illam collocabimus.

Si in ſeptima ſit figura ♂, & in octaua figura ♄, ac in prima domo ſit figura mediocris, príma de ſeptima reportabit victoriam, ♄ enim in octaua, coniunctus ſeptimæ in domo mortis, mortem indicabit.

Si figura ♄ ſit in coniunctione cum prima & ſeptima, & quatuor cardinales fuerint cum iudice malæ, cum teſtibus, vtérque morietur.

Quæ ars vtilior & proinde eligenda.

QVÆSTIO V.

COnferatur prima cum decima, & iudica secundùm illarum significationem & correspondentiam, si maximè secunda & decima quinta sint conformes, alioquin cõsideretur omnium melior pars.

Sic figuræ aliæ alias habent significationes.

o o
o enim stannum & res vtiles significat.
o o
o

o
o o è contra æs & res inutiles.
o
o o

o o
o o aurum merum, gemmásque pretiosas.
o
o

o
o aurum mixtum, impurum,
o o
o o

o o
o chalybem,& arma bellica,& ignem,
o o igniuomásque machinas.
o o

o o o o
o ferrum,ſic o o aurichalcum, o o
o o o o
o o o o

argentum viuum,& picturas.

o o o
o o ſtannum, o o plumbum cum
o o o o
o o o

o o o
o o o argentum ſophiſticatum,
o o o
o o o

o o o
o argentum impurum, o o arge-
o o o tunm
o o o

Sic figuræ ♄ ruſticos , ♂ milites , & equites , ☽ pedites , & aquaticis ſtudentes, ♃ prælatos,& antiſtites, ☼ Reges, ♀ mulieres,& muſicos , ☿ doctores,& ingenioſos ſcriptores &c. ſignificat proinde & ferat iudicium ex ſupra dictis in prima & decima inuentis

An

An dominium sit aliquis obtenturus.

QVÆSTIO VI.

PRima & decima intrantes, fortunatæ, & fixæ, aut vnius eiuſdémque qualitatis aut coniunctæ, ſpem conſequutionis dant, eóque magis,

Si in decima quinta ſit o o / o / o / o o modo tamen prima non eſſet in octaua, & duodecima, eſſéntque exeuntes & infortunatæ. impedimenta enim & contradictiones indicabunt: eóque magis ſi vndecima, teſtes, & decima quinta infortunentur.

Quod ſi finis tamen & exitus ſit dubioſus, fiet figura ex prima & decima, ſecundùm cuius naturam iudicabis.

De ſorte quam ſubire aliquis debeat in ſuo dominio ſeu gubernatione.

QVÆSTIO VII.

VIdeat in qua domo inuenietur figura decimæ domus, & ſecundùm illam iudicabit, ſi maximè tranſeat etiam ipſa in deci-

decimamquintam, aut decima quinta ſit conformis.

Si enim ſit in ſecunda, pacificum augmentum oſtendet, ſi bona ſit, & è contrà.

Si in duodecima, augmentum ex auara expilatione populi, cum inimicitia & odio, & etiam damnum occiſionis per proprios domeſticos, aut ſaltem omnium ablationem.

Si in tertia amorem popularem, præ bonis operibus & iuſtitiâ,

In quarta magnos honores & diuitias.

In quinta gaudia ex filiis, & honorem à vicinis, munera ab illis & nuntia.

In ſexta amorem ſeruorum & familiarium, ſed valetudinem dubiam, cum veneni ſuſpicione.

In ſeptima crudelitatem in ſubditos, odium, & malum præ nimiâ luxuriâ.

In octaua, vilitatem & abiectionem, timiditatem, populum ne voluntate tantùm, ſed & effectis contrarium.

In nona itinera honorabilia cum fortunæ fauore.

Decima in primâ & quarta, hominem terribilem, ambitioſum, iuſtum & veracem.

In vndecima, ſtrenuum ducem, à militibus ſuis honoratum.

In duodecima, populi inobedientiam, cum graui bonorum detrimento, inſigniq; iacturâ, quæ ſi coniungatur cum ſexta, expulſionem & fortè occiſionem indicabit, ſi cum vndecima, proditionem ab amicis

&

& consiliariis, aut subditis fortè ab vno solo.

QVÆSTIONES VNDECIMÆ DOMVS.

CAPVT XI.

An serui & amici sint fideles.

QVÆSTIO I.

BEne & exactè consideranda est prima & vndecima domus, si enim sint fortunatæ intrantes & bonæ, fidelitatem indicant, eóque magis si vndecima sit in secunda, aut sit eadem quæ prima, & decima quinta, si autem inter se dissentiant, contrarium indicabunt, ídque etiam magis, si primæ contraria sit septima, & duodecima sit mala. Si vndecima sit in sexta, & infortunata, odium subditorum & seruorum indicabit; Si vndecima sit in septima, inimicos inimicis suis fauentes nouos indicat; Si in octaua, proditores.

Si illæ sint contrariæ primæ, sintque fortunatæ, minus inferent nocumenti, considerando interim iudicem cum testibus.

An promiſſum dabitur aut ſperatum nec ne.

QVÆSTIO II.

DEtur prima petitori ſecunda, quinta, vndecima dono; ſi ſint bonæ, bonum, malæ, malum indicant.

Si prima ſit in quarta, quinta, decima, aut vndecima bonum, ſi tranſeat in malum locum, malum.

Conſideretur prima, decima & vndecima, quæ bonæ intrantes, & fortunatæ, rei promiſſæ bonam ſpem faciunt: eóque magis ſi quarta, quinta, ſeptima & nona, bonæ ſint, fortunatæ, & intrantes.

o o excuntes &
Si autem ibi ſit o o o infortunatæ,
o o o o impedimen-
o o o o tum totale,
etiam quarta & ſeptima contradicentibus, promiſſi vanitatem indicabunt.

QVÆSTIONES DOMVS DVODECIMAE.

De Carcere & an aliquis incarcerabitur.

QVÆSTIO I.

ADuerte an figura primæ & decimætertiæ domus, ſit figura exiſtens in duode-

duodecima domo, aut cum ea coniuncta, id eſt in decima aut vndecima exiſtens. Si enim infortunatæ ſint, incarcerationem indicabunt, eóque magis ſi ſeptima & octaua ſint infortunatæ.

Si prima ſit in vndecima, & quinta & ſexta ſint infortunatæ, idem ſignificabunt.

Si prima ſit terrea & infortunata, tranſiens in duodecimam, idem ſignificat.

De Incarcerato an liberabitur nec ne.

QVÆSTIO II.

CONſideretur prima, duodecima, octaua, & decimaquinta.

Quòd ſi in primam, duodecimam, & octauam cadat fig. ♄, aut ♂, exitum è carcere & liberationem indicabunt.

Si in primam aut duodecimam cádat fig. ♃, vel ❋, liberabitur.

Si fig. ☾, aut
o
o o
o
o
cadant in primam, & tranſeant in duodecimam, & decimamquintam, idē vt

& ſi cadat.
o o
o o
o
o

Sic prima, octaua, & duodecima, exeuntes, exitum indicant, conſentiente decimaquinta.

o o o iam exiuiſſe in-
Si ibi ſit o o o o carceratum in-
o o o o dicabunt.
o o o o o o

o o o o o o o
Si verò in- o o o o o o
trantes ſint vt o o o o o o o
o o o o
ſit in decimamtertiam, mortem carcere in-
o
dicabunt. Maximè ſi o o ſit in octaua.
o o
o

o
Si o o ſit in decimatertia, mortem indi-
o o
o o o o o
cat, maximè ſi adſint o o
o o o
o o

o o o o o o
Si in deci- o o o o o o
matertia ſint o o o o o o o o quę
o o o o o
communicent cum octaua, periturum incarceratum indicabunt.

Si ſint in ſexta, illum ægrotaturum.

An ſanabitur æger nec ne.

QVÆSTIO III.

SI prima, ſecunda, tertia, quarta, & decima ſint figuræ exeuntes, exitum ex morbo & carcere indicabunt : eóque magis ſi

o o
ibi o aut o reperiantur. Idem ſignifi-
o o cabunt teſtes aut Iudex
o o o exeuntes.

o o o o o o
Si Iudex aut teſtes ſint o o o o
o o o o o
o o o o

nec mutentur, longam infirmitatem & carcerem indicabunt.

o o
Si o o ſit in decimatertia , decima-
o o quarta aut decimaquinta, pro-
o o cedátque ex bonis figuris , bonam liberationem indicabit , ſi ex malis contrarium.

o o liberationem à graui morbo &
o o o o carcere indicant, licet non mu-
o o tentur, ſua enim naturâ libera-
o o o tionem indicant.

o
Si in duodecima ſit o o liberat incarce-
o o
o

o o o
ratum. Sed si o o & o o præter duodeci-
o o o o mam sint etiam
o o in secunda, libe-
rationem pecuniis meditantibus. Si præter duodecimam sit in tertia, liberationem per amicos, fratres & parentes &c. de aliis domibus.

o o
o in duodecima multas plagas, & vul-
o o nera ostendit. Vt etiam si ipsa sit in
o o octaua.

De emptione armentorum & grandium animalium.

QVÆSTIO IIII.

o o o o o o o o o o
Si in duo- o o o o o o o
decima sit o o o o o o o
o o o o o o o

o o
vel o o animalia bona esse, & vtilia indi-
o cabit.
o o

o o o o o
Si o o o o o o o o damnū
o o o o o o o
o o o o o o o
emptori: ea enim nihil valere.

Sic

o o o
Sic & o o mala itidem ea &
o o o o inutilia indicabunt,
o o o quãuis & aliæ quá-
dam ſeruent mediocritatem.

Si harum vna tranſeat à duodecima, in ſextam, ſeptimam, vel octauam, damnum ab illis indicat.

o o
Si o o o ſint in duodecima, ani-
o o malia furto abducenda
o o o o indicat: ídque magis ſi
tranſeant in ſextam, aut primam, aut prima ſit fortunata, & duodecima exiens.

Hoc ſi ita ſit, ſubitò empta animalia vendantur, alioquin inſignis ſequetur iactura vt & ſi duodecima ſit in vndecima.

De inimicis occultis aut proditoribus.

QVÆSTIO V.

SI duodecima ſit bona & fortunata, minùs malum declarabit, eóque minus ſi ſit in ſecunda, nona, aut decima,

Si ſit mala & infortunata, nocumentum indicabit, eóque etiam maius ſi ſit in ſecunda, nona aut decima.

Pro conditione & natura inimici aut proditoris, conſidera qua in domo hæc infortunata figura inueniatur, aut cum qua coniungatur, tum enim ferto iudicium, v.g. ſi ſit *in* tertia, aut tertiæ iungatur, inimicos fratres,

fratres, vicinos, &c. indicabis si sit in quarta patrem, &c. in quinta filios &c.

Atque hæc pro exemplis dicta sufficiant. Qui plura volet consulat quæstiones Gerardi Cremonensis & Omaris quas ideò hîc adiungi vellemus ibi enim multæ & variæ reperirentur quæstiones, ad Astrologiam quodammodò respondentes de quâ deinceps Deo dante & annuente, breui sumus tractaturi.

EPILOGVS.

TE *verò* (Beneuolè Lector) *rogatum volumus, vt si quæ fortè exciderint, benignus excuses, & si quæ noua nostrisque quaternionibus his non contenta apud te lateant, pari nos candore illorum participes, quali cum amore opusculi nostri quantulicúmque, te participem facimus. Cæterùm meliora & maiora expectans hæc parua æqui boníque consule.* Vale.

Parta labore quies.

Errata Typographica.

PAgina 18.in figuris ♂ pro o o pone o o
o o o o
& pro o pone o o o o o
o o o o o o o
o o o

pag.30.in ſchem. ſub 1ª.vbi venter,pro o.pone oo.

o o
pag.34 .in ſchemate figura 2 pro o pone o
o o o o
o o o

o o o o
& figura 9. ibidem pro o pone o
o o o o
o o o

pag.35.lin.2.pro numero 11.pone 9.

o o
pag.37.in ſchemate fig.2.pro o pone o
o o o o
o o o

pag.48.lin.14. pro ♐ pone ♏
pag 57.lin.9.pro opponitur lege obiicitur.
pag.68.ſub prima ſchemate pro 6. pone 3.

o o o o
pag.146.lin.9.pro o pone o
o o o o
o o o

pag.184.lin.3.pro domo lege dominio.

o o o
pag.230 pro ſecunda figura o o pone o
o o o
o o o

o o
pag.276.lin.2.pro vna ex figuris o o pone o o
o o o o
o o o

pag.278. lin.16.pfo ♌ pone ♈.
Ibid.lin,17.pro ♈.pone ♌.
pag.298.lin.anrepenulti. pro septima pone prima.

o o
pag.305.lin.9.pro o pone o o
o o o o
o o o o

o o o o
Ibid.pro o pone o
o o
o o o

o o o
pag.327.lin.5.pro o o pone o o
o o o o
o o o

pag.353.lin.11.pro enim pone in

o
pag.374.lin.7.post domib⁹ à capite pone si o o
sit in 16.iustitiam indicat. o o
o o

nonnulla passim leuiora occurrent errata, quæ cũ vel vnius duntaxat elementi aut immutatione aut transpositione aut omissione constent, lectoris benigni humanitati, excusanda & corrigenda reliquimus, cæterùm monitum lectorem velim solas capitales seu capitum initiales literas maiusculis expingendas, reliquas, vt in toto capite sexto & septimo, vt & omnium tertij libri quæstionum primas, minoribus (reseruata capitali vtriúsqne capitis) esse exprimendas.

Bref du Priuilege.

PAR priuilege octroyé par le Roy nostre Sire, & mandement à ses améz Iusticiers & officiers, il est permis à Anthoine Soubron Libraire & Imprimeur à Lyon de faire imprimer vendre & debiter vn liure intitulé *Opus Géomantiæ completum, in libros tres diuisum* & ce pour le temps & espace de dix ans, auec inhibitions & deffences à tous Imprimeurs Libraires & autres personnes quelqu'onques de l'imprimer d'en vendre ny distribuer d'autre impression que de celle qu'aura imprimé ledict Soubron, soubs peyne de confiscation dudict liure, de tous despens dommages & interests & autres peynes comme plus à plein est declaré en l'original; Voulons que mettant au commencement ou à la fin dudict liure vn bref extraict dudict Priuilege, qu'il soit pour deuëment signifié, donné à Paris le 29. iour d'octobre l'an de grace 1626.

Par le Conseil BERGERON *& seellé du seel de cire iaune.*

Acheué d'imprimer le 18. Feurier 1627.



0

XXX

